SCHOLION

IN LOCOS DIFFICILEIS AVT AMBIGVOS EPISTOLARVM APO-stolicarum,

Authore Tac. Nicolao Zegero Minorita.

PARS SECVNDA.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni, Anno
M. D. LIII.

DE PHRASIBVS QVIBVSDAM PAVLINO SERMONI *familiaribus.*

QVisquis rectè intelligere & interpretari scripta apostolorum, cæterorumq; Christi discipulorum desiderat: eum necesse est, non ignorare peculiareis quosdam arcanarum literarum tropos ac loquendi consuetudines: quibus ita paßim inuoluta sunt cœlestium secretorum, diuinæq; sapientiæ mysteria, ut non facile ad eadem peruestiganda & inuenienda citra illorum cognitionem pateat introitus. Nã, ut exempli causa, primum de uulgata nostra & ecclesiæ usitata noui instrumenti uersione loquamur: quo pacto hanc intelliget qui ueterem illum ignorarit loquendi modum, quo tum uulgus utebatur, & quo ipsa uersio pro omnium captu, proq; faciliori ipsius intellectu, ac publica totius uulgi utilitate conscripta est? Siquidem nostra hac ætate diuersus planè est, & dubio procul castigatior, delicatior, & latinior loquendi usus: ita, ut si hunc cum ueteris illius populi loquẽdi usu (paucorum excipio sublimioris eloquentiæ eminentiam) conferas, quasi δὶς

διὰ πασῶν quod dici solet, hic ab illo discrepare ui deatur. Quo etiam fit, ut quo quisque latinior ac Tul lianæ eloquentiæ instructior est, hoc fere minus in arcanis literis uulgatam hanc legens editionem adsequatur atque intelligat. Quinimo, in quocunque sacros quis euoluat noui instrumenti codices idiomate, frustra sibi pollicebitur ipsorum intelligentiam citra certarum consuetudinum ac proprietatum earundem cognitionem: nisi certè probatorum interpretum iu uetur commentarijs: maxime autem ueterum, eorum uidelicet, qui ætate Apostolorum, aut non ita longè post illorum tempora claruerunt: qui optime idiotismos illos & phraseis calluerunt: quibus ipsi usque adeo non sunt offensi, ut cum pluribus eorum haud magnopere, aut parum curæ fuerit eiuscemodi dictionum & loquutionum characteres commonstrare atque elucidare, utpote quos arbitrarentur nulli nõ esse usitatos ac notos. Nam ut græcam linguam, qua omnes penè ab ipsis autoribus descripti sunt noui instrumen ti libri, rectè calleas, eiusq; peculiareis dicendi formas optime teneas, nisi etiam aliarum quorundam linguarum, ueluti Hebraicæ, Chaldaicæ & Syriacæ proprie tates, imò barbarismo: deniq;, nisi & peculiareis nonnullarum siue latinarum siue græcarum uocum apud emendatè loquentes minime aut secus usitatarum significantias non ignores, non erit sanè unde synceram tibi possis diuinorum eloquiorum polliceri intelligen

tiam:

tiam: quinimo ſæpe tibi erit in eorum intellectu cæcutiendum & hallucinandum: niſi forte (ut modo diximus) probati ac ſynceri alicuius enarrationis paßim iuueris gloßemate. Nos itaq; quo ſtudioſis, præſertim recentioribus ſacræ theoſophiæ diſcipulis ſemitam aperiamus, qua poßint compendio ueram ac ſynceram ſcripturarum penetrare intelligentiam, breuißimos hoſce commentariolos conſarcinauimus, in eos uidelicet locos, qui ob tropum aliquem, ut aliud quoduis inuolucrum aliquid uidebantur poſtulare lucis atque explanationis.

Verum quia neceſſe fuerat eadem frequenter repetere, ſi ſingulos quoſque locos communi aliquo modo nodoue perplexos, ſpeciatim illuſtrare paraſſemus: conſultius opportuniusq; uiſum fuit, ut hic generaleis aliquot regulas ac loquendi formas Paulinis præſertim literis familiareis adnotaremus: quibus in genere communes eiuſmodi loci explicentur.

Inter figuras igitur prima occurrit hyperbaton, qua ſic paßim inuolutus eſt huius apoſtoli ſermo, ut lectores non modo perplexos, uerum etiam ſæpenumero reddat, præſertim qui delicatioris & impatientioris ingenij ſunt, faſtidioſos. Eſt autem hyperbaton ſiue hyperbaſis, quoties perturbatus, aut alioqui inſuauis reperitur orationis ordo, & longius differtur Hyperbaton.

id quod orationem reddat absolutam: quemadmodum uidere est in aliquot epistolarum salutationibus: in quibus longius abest quod implet sententiam, nempe gratia uobis & pax, aut simile aliquid. Huc etiam *pertinet quod est in priore ad* Corin.*epist. cap.ult. Obsecro autem uos, nostis domum Stephanæ &* Fortu*nati: ubi quod tandem subiungitur, ut & uos subditi sitis eiusmodi, ad initium hoc, obsecro uos, referendum est.* Item *ad* Heb.*ca.*3.Hodie *si uocem, & c. quæ omnia pendent ab eo quod in sequentis ca. exordio subditur,* Timeamus *ergo.* Hæc *paucula exempli causa adduxisse sufficiat.*

Prothesēō parallage.

Frequens *est in hoc* Apostolo *prothescon parallage: quando uidelicet præpositionis particulæ aliæ pro alijs usurpantur.* Hac *figura* τὸ *in, hoc est* ἐν, *non autē* εἰς *cuius diuersa natura est, frequentißime pro per usurpatur.* Vt 1.Co.ca.6. Et *si in uobis iudicabitur mūdus, id est, per uos.* Et *alibi paßim, in* Christo Ie.*hoc est per* Christum Ie.*Interdum quoq; eadem particula pro inter posita reperitur.* Vt *ad* Ro.c.1.*In quibus estis et uos, id est, inter quas estis & uos.* Nonnunquàm *uero & superuacanea est, ac tum significantiam habet instrumētalem, id quod ad* Hebræorum *idioma proprie pertinet, qui sic loquūtur,* Percusserunt *in gladio: succēderunt in igni: accepit cultros petrinos in quibus circunciderat filios* Israel.*Ita et* Apost.*ad* Ro.1. *Qui præ*

desti-

destinatus siue definitus est Filius Dei in uirtute, id est, X.n.
uirtute uel per uirtutem: quanquàm posset hoc etiam
per ex resolui. Itē 1. ad The. 4. Hoc enim uobis dicimus
in uerbo domini. Et ibidem infra, Cōsolamini inuicē in
uerbis istis. Eadē figura κατὰ. i. secūdū, uel iuxta, pro
in reperitur. Vt Ro. 9. Secūdum hoc tempus ueniā &
erit Saræ fil. Et He. 11. Iuxta fidē defuncti sunt oēs isti.

Ita quoq; syndesmon parallagē reperias, ut quum Syndesmō
enim pro aūt, εἴπερ (qđ uulgatus interpres si tamē cō parallaga.
uertit) pro ἐπείπερ. i. siquidē: ὅμως (quod in tamē ab
eodē uertitur interprete) pro certe: sed, pro imò: atq;
itē alia pro alijs posita, ipse oratiōis tenor manifestat.
He. 2. Nusquā enim angelos apprehendit. Eiusdē ep. c.
7. Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis
trans. fiat. Ro. 8. εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, id
est, siquidē Spiritus Dei habitat in uobis. Pri. ad Thes.
2. εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀποδοῦναι τοῖς θλί
βουσιν ὑμᾶς θλίψιν, siquidem iustum est, &c. Prio
ris ad Co. c. 7. Quantam in uobis operatur solicitudi-
nem, sed defensionem, sed indignatiōem, sed timorem.
Eiusdē 8. Sed sicut in omnibus abundatis fide. Posset
tamen uterq; hic locus etiā per & interpretari. Pri. ad
Co. 14. ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, id est, cer
te quæ sine anima sunt uocem dantia. Gal. 3. ὅμως ἀν-
θρώπου: certe hominis confirmatū te. nemo spernit.

Offendas præterea & multas cōcisas uel p anapodo
ton siue aposiopesin, uel p eclipsin sentētias: in quibus

necesse est subaudiri aliquid: uerũ de his ipsis & quid subaudiednum sit suis potius locis dicẽdum iudicamus.

Hypallage. Hypallagen item tũ admittere Apostolus intelligẽdus est, quum contraria constructione, rei commutat proprietatem. Vt quum dicit, Secundum legem mandati carnalis, pro eo quod est, secundum mandatum legis carnalis: ut habes epi. ad He. c. 7. Item quũ dicit, In sanctitate ueritatis, pro in ueritate sanctitatis, uel in uera sanctitate: ut est in ep. Ep. c. 4. Et quũ dicit, Ministeriũ huius officij, pro officiũ seu munus ministerij, 2. ad C. 9.

Hendiadys. Vsitatißima est sacrarum literarum scriptoribus quædam ueluti hendiadys, qua unũ quid per duo indicant substantiua, quorum posterius (quod apud hos fere paterni casus est) per adiectiuum resolui potest. Vt quum dicunt, corpus humilitatis, pro corpore humili: lapidem offensionis, pro lapide offensorio: oues occisionis, pro ouibus occidẽdis: sanctitatem ueritatis, pro sanctitate uera: odorem suauitatis, pro odore suaui: mortificatiõem uuluæ (sic enim græcè est, ad Ro. 4. pro uulua emortua: filios diffidentiæ & inobedientiæ, pro filijs incredulis & immorigeris. Sic autem loquuntur ex consuetudine sermonis hebraici, cui solenne est abstractis uti loco concretorũ. Videtur tamẽ dictis ac similibus uerbis propter abstracta ipsa aliquid subesse maioris energiæ, quã ijsdẽ per concreta resolutis, ut

tis,ut malim hoc potius aut simili pacto resoluere: Corpus humilitati seu uilitati subiectū:lapis offensioni expositus:oues occisioni destinatæ:filij inobediētiæ deuoti,uel filij contumaces:odor suauitate plenus &c.

Nonnunquàm Apo.duo connectit substantiua, quæ tametsi diuersorum casuum sint,ad idem tamen pertinere intelligenda sunt.Vt quum dicit ad Eph.4.à uita Dei,idem sentit ac si dicat,à uita,quæ Deus est.Rursus eiusdem epi.c.2. quum dicit parietem maceriæ, sentit ipsum parietem qui & maceries est.Item eodem, principem Spiritus,principem Spiritum appellat. Duo substantiua.

Temporum catachresis frequentissima est in scriptis apostolicis. Nam quemadmodum iuxta græcanici sermonis proprietatem in uerbis ad affectum pertinentibus,præteritis abutuntur loco præsentium:ita ex hebraici imitatione idiomatis,& aliâs passim grammaticaleis temporū leges proprietatesq; negligunt & confundunt.Vnde & Interpres uulgatus quo commodior redderetur oratio, non raro in transferendo, ipsam etiam temporis proprietatem studuit restituere. Po= ste.ad Tim.4. Non solum autem mihi, sed πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι, omnibus qui dilexerunt,pro diligunt aduentum eius. Pri.ad Corin. 15. Nouissima inimica destruitur mors, sic enim græcis est, quod cōmodissmè interpres uertit,nouissime aūt inimi.destruetur mors. Catachresis.

Sancti. Sancti siue sanctorum uocabulo substantiuè posito, apud Pau. Christiani appellantur. Ro. 1. Dilectis Dei uocatis sanctis. Eph. 3. Mihi omnium sanctorum minimo. Eiusdem 5. Sicut decet sanctos.

Deus. Dominus. Quanquàm eadem sit Patris ac Filij diuinitas, idémque dominium, ut ex uarijs potest comprobari scripturarum locis: tamen bea. Paulus atq; item cæteri canonici scriptores, quoties dei uocabulum ponunt, Patrem: Am. quoties uero domini, Filium fere uolunt intelligi. Vnde 1. ad Cor. 12. ubi apertè tres distinguūtur diuinitatis personæ, sic scriptum est: Diuisiones gratiarū sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ad Philip. 2. Propter quod & Deus, sub. Pater exaltauit illum.

Gratia. E. Gratia quoq; Paulinum uerbum est, quod libenter inculcat, excludere cupiens carnalem fiduciam legis Mosaicæ. χάρις autem, apud græcos nonnunquàm beneficium significat, quod confertur gratuitò. Roma. 1. Per quem accepimus gratiam. Posterioris ad Corin. 8. Et perficiat in uobis etiam gratiam istam. Vnde & χαρίζομαι, idem est, quod beneficium largior, siue n. gratuitò dono. Nonnunquàm peculiarem quendam & efficacem fauorem declarat gratiæ uocabulum. Vt, Inuenisti

uenisti gratiam apud dominum, Lucæ 1. Nonnunquàm beneficij obligationem. Vt ἔχω χάριν, οἶδα χάριν, καὶ μεμνήσομαι χάριν. Nusquàm autem ubi de Dei agitur gratia, solus externus fauor indicatur, qualis esse consueuit domini in seruum (ut uolunt nonnulli) quum potius sit qualitas quædam interna, quæ per ipsum Dei fauorem homini infunditur. Præterea (ut in summa dicam) gratia est omne illud, quod mortales diuino fauore ac beneficio per Christum aut Spiritum Sanctum de immortalis Dei plenitudine accipimus: quo uel uocamur ad fidem, uel absoluimur à peccatis, uel mala defugimus, uel bona agimus, uel glorificamur, uel aliud aliquod donum consequimur. Qui plura desiderabit de uocis huius acceptione uideat Institutionem Christianam Concilij Coloniensis. n.

Et spiritus uocabulum sepænumero opponit aduersus carnalem Iehudaismum, & carnalem legis Mosaicæ obseruationem, quā nusquàm non insectatur beatus Apostolus. Secunda ad Corin. 3. Litera occidit, spiritus uiuificat. Ad Galatas 5. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Spiritus.

Proinde ipsam legem, literā nonnunquàm & mortem suo more appellat. Ita enim scribit in posteri. ad Cor. episto. cap. 3. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria &c. Litera.

Fidem

Fides. Fidem frequenter usurpant sacræ literæ pro fiducia erga Deum, ut nõ multum differat à spe. Interdum pro credulitate siue psuasione, qua assentimur his quæ de illo nobis tradita sunt, quam historicam dicere possis, qua credunt & dæmones. Nonnunq̃ simul utrunq; complectitur fidei uocabulum, assensum illum, & in narratis, & in promißis, & fiduciam ex illius omnipotente bonitate conceptam, non sine spe, hoc est, expectatione promissorum. Sed absoluta & perfecta fides, cuius frequentior est in scripturis mentio, ea est, qua non modo Deo & Deum credimus, uerum etiam in Deum, hoc est credendo, pio affectu pariter & effectu in Deum tendimus, & ab illo pendemus: quam proprie fidem uiuam & gratiæ dicimus. Atq; hæc simul spem, charitatem, & bona opera complectitur. Et hactenus quidem dicitur fides hominis. Cæterum & Dei fides dicitur, quam ille præstat in promißis: unde & Deus fidus siue fidelis, hoc est, πιςὸς dicitur, eò quòd non fallat. Sed homo fidelis dicitur, qui credit promittenti, præter usum latini sermonis: & tamen sic frequenter loquuntur sacræ literæ. Nam dispensator fidelis latinè dicitur: infidelis autem non latinè, sed in scripturis, dicitur qui diffidit: græcè melius ἄπιςος siue ἀπειθής. Nonnunquàm fides Dei dicitur qua nos illi fidimus potius quàm homini: cuius dicitur & ob hoc quòd ab illo donatur, non solum quòd in illum tendat. Interdum utriusq;. Vt, iustus ex fide uiuet: Dei qui non

Iacob. 2.

n.

fallit in promißis: & hominis qui in Deum credit. Ad utrunq; pertinet quod ad Ro. dicitur ca. 1. ex fide in fidem. Quemadmodum enim Deus statis temporibus aperire cœpit qualis esset, & præstare quæ promiserat: ita creuit per gradus hominibus in Deum cognitio & fides. Hic igitur memineris oportet, quòd ubicunq; Paulus uel alia scriptura sacra fidei tribuit iustificationem, salutem, uitam, aut aliquid huiusmodi, de fide loquatur uiua & perfecta. Vide Enchiridion Concilij Colon.

Familiare insuper est D. Paulo, ut circuncisionis nomen pro Iehudæo, aut pro Iehudaismo usurpet: atq; item præputij pro Gentili, aut pro gentilitate. Ad Gala. 2. Quum uidissent quod creditum est mihi euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis: qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Hic præputij & circũcisionis nomina pro gentili & Iehudæo posita sunt. Ad Rom. 2. Si præuaricator legis sis, circuncisio tua præputiũ facta est, hoc est, Iehudaismus tuus gentilitas siue paganismus factus est. Vbi & sequitur: si igitur præputium, id est gentilis, iustitias legis custodiat: nonne præputium, id est, gentilitas, in circuncisionem, id est, in Iehudaismum reputabitur? Circũcisio. Præputiũ.

Prophetia aliquoties non uaticinium, seu prænunciationem futurorum: sed potius prædicationem ac diuinæ Prophetia.

uinæ scripturæ interpretationem significat. Quemadmodum & Plato quoque uates discernit à prophetis. Similiter & prophetare dicitur, non modo qui uentura prædicit, sed qui interpretatur, & sensus in scripturis retrusos eruit & explanat. Prioris ad Corin. 14. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem. Quibus uerbis quodammodo edisserit Apostolus, quid ipse prophetādi uocabulo etiam in alijs, præsertim eiusdem capituli locis indicatum uelit.

Habet & zeugmatis obscuram quandam speciem Apostolus: ut dum idem uerbum, quod bis exprimi poterat, altero loco subintelligendum relinquit. Secun. ad Cor. 7. Igitur & si scripsi uobis, non propter eum, qui passus est sub. scripsi uobis, &c.

Aedificare, pro prodesse: & ædificationē, pro profectu Paulina phrasis usurpat: atque item destruere, lædere: & destructionem læsionem siue detrimentum appellat. Secun. ad Cor. 10. De potestate nostra quam dedit nobis dominus in ædificationē, & non in destructionem uestram. Pri. ad Corin. 8. Charitas ædificat. Ad Romanos decimoquarto: Noli propter escam destruere opus Dei.

Υἱοθεσία, quanquàm simpliciter adoptionem significet: hoc tamen sermone D. Paulus eam indicat quæ in

filios Dei est adoptionem. Ad Romanos 8. Υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, id est, adoptionem expectantes, quod uulgatus interpres iuxta sensum reddit, adoptionem filiorũ Dei expectantes. Ad Gal. 4. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν, sensus est ut in filios Dei adoptaremur. n.

Diem præterea non raro pro iudicio ponere consueuit. Pri. Cor. 4. Aut ab humano die. Eiusdem ca. 3. Dies enim domini declarabit. Item ca. 5. In die domini nostri Iesu Christi.

Elementa in marginibus adnotata autores indicant, quorum sequimur in explanationibus sententias: n litera excepta, quæ quid insinuet ob inuidiam declinandam impræsentiarum in indico.

IN DIFFICILIORES LOCOS EPISTOLAE BEATI PAVLI AD ROMANOS SCHOLIA.

Ex Capite primo.

PAVLVS.) Beato apoſtolo Paulo & natione ſimul & religione Hebræo hebraicū primò nomen Saul inditū fuit. Hoc eñ nomine à Domino cōpellatus eſt, in necem Christianorum properans Damaſcum, ita dicente, Σαοὺλ σαοὺλ, quid me perſequeris? Idem aūt hoc nomen tādem in græcam pariter & latinā formam deflexum eſt, ſicuti et alia pleraq;, vt Ioſeph in Ioſephus: Iaacob vel Iacob in Iacobus: atq; ita ex Saul Σαῦλος, vel potius Σάουλος & Saulus, media ꝓducta, dictus eſt. Vbi verò idē apoſtolus ſacramētis fuit initiatus fidei Christianę, ne Petro & aliꝭ nōnullis apoſtolis (quibus vnà cum mutata religione, commutata fuit & nomēclatura nominis) hac in parte eſſet diſsimilis, occaſione ſumpta (iuxta veterem quorundā morem) ab inſigni illo ſuo quod Christo attulerat ſpolio, nēpè Sergio Paulo Proconſule: quem primū omnium ex gentibus imperatori ſuo Christo lucrifecerat, ipſiuſq; militię ſubegerat, Pauli nomenclaturā ſortitus

H.in ep. Phile.

Act.9.a.

Acto.13.

est. Arcano autem diuini Spiritus cõsilio atq; opera factum apparet, vt tale tandem sortiretur vocabulũ, quod familiare esset græcis iuxta ac latinis: & nihilominus Iudęorum populis non esset prorsus inauditũ: vtpote quod quàm minimum à priore illo Saul discreparet: ne videlicet, uel hi & nomine prorsus & religione commutatũ, palam exibilarent atq; auersarentur: vel illi, quibus se doctorem à Deo datũ profitebatur, non agnoscerent, sed libentius etiã
1. Cor. q. d. exciperẽt. Quippe decebat vt hic omnia fieret omnibus, vt omneis faceret saluos. Pulcherrime quoq; apostoli facto quadrat, quod prius turbulẽti & superbi illius Saul nomenclatura donatus est. Nã quemadmodum ille Christi Dauidis regis, ita & hic persequutorem egit Christi summi omnium regis, atq; ipsius ecclesię. Sed simul atq; diuina miseratione ad Christianismum accitus fuit, apertè omnibus declarare voluit, quòd sicuti superbi illius regis nomen deserebat, ita simul cum nomine & ingenium illius vitamq; iam tum exueret. Nec minus aptè in huius
H. in epi. ad Phile. vitam quadrat & ipsa nominum interpretatio, de quibus ita bea. scribit Hier. Paulus, inquiens, in Hebræo mirabilem sonat. Reuera mirũ, vt post Saul, qui interpretatur expetitus, eo quòd ad vexandum ecclesiam fuisset à diabulo postulatus, de persequutore vas fieret electionis. Verum vt libentior assentior Hieronymo in eo quod Saul interpretatur expetitus, vt à schaal deducatur, quod est petiuit, postulauit, cõmodauit, quàm ijs qui inquietudinẽ, tentationemq; (quod Ambrosius facit) vel qui saturitatẽ aut tentationẽ respicientis: aut habitantem, aut abutentem interpretãtur, moti nescio quibus occasioni-

sionibus: (quanquàm posteriora etiam apud Hiero. reperio) ita rursus libentius ijs assentior qui Paulum aut quietum interpretantur à græco themate παύομαι, quod desino & quiesco sonat, unde & παῦλα quies: aut modicum & pusillum declarare adserunt, sumpta à latinis etymologia, vt ex turbulento & superbo intelligas factum quietum, humilemq́ue & pusillum, iuxta illud, Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc: quàm ijs qui os tuberis interpretantur (pro quo os tubę nonnulli codices perperam, ni fallor, habent) sumpta etymologia ab hebræo pæh vel py, & græco ὀυλή, quorum illud os, hoc tuber declarat: imò quàm ipsi Hieronymo (si tamen Hieronymus est,) qui Paulum mirabilem, & aliâs etiam electum sonare dicit, sumpta ab hebræis etymologia, apud quos palah separauit, segregauit, & mirabile fecit: & pælæh mirabile signat. Ambro. illud vtrunq; attingit, Paulum interpretans simul quietum & humilem, vel paruulum. Aug trac. in epist. Iohan. 8. posterius tantum habet, nempe humilem et modicum. Absit tamē, vt quis me hic damnare putet cuiusquā interpretationē, cuius ipse fortasse rationē nō adsequor. Eph. 3. b. H. de. no. heb.

Vocatus apostolus.) Vocatus hoc loco pariter et sequētibus vbi dicitur, vocati Iesu Christi, & vocatis, non Participij est, tanquā ita dicti & appellati sint, sed Nominis substantiui particula est, græcè enim κλητὸς legitur. Valet autem tantūdem ferè ac si dicas, vocatione, vel per vocationem apostolus: vocatione sanctis: & qui per vocationem ipsius sunt Iesu, vel ad Iesum pertinent. Cæterum ἀπόστολος E.

 nuncius

nuncius interpretatur. Erat & nomen principatus apud Athenienseis, cuius officium erat ordine instruere classem: id quod optime iuxta sensum mysticum, huic & cæteris cõgruit apostolis ecclesię. Indicat aũt hęc vox in scriptura (vt hoc in genere & obiter admoneam) non modò missionem & legationem, vt ex nominis colligitur origine: verum etiam dignitatem ac potestatem, qua quid præcipi prohiberíq;, atq; adeò etiam leges cõdi possunt. Nã quòd apostoli in supremo fuerint ecclesiæ gradu, in quo est potestas & autoritas, arguitur ex illo ad Corin.
1.Co.12.d. Quosdam quidẽ posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, dein
1.Cor.7. de virtutes. Et quod hac potestate Paulus ipse vsus sit, ipsemet manifestat dum ait: Sicut in omnibus ecclesijs διατάσσομαι, id est, ordino.

Qui prædestinatus est Filius Dei in uirtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi.) Sicut latinis & gręcis diuersa est lectio, ita diuersa vtrisq; est enarratio. Quod ergo nos legimus, qui prædestinatus est filius Dei, Græcis est τοῦ ὁρισθέντος, hoc est, qui definitus, certò pronun-
X. ciatus, demonstratus, ac declaratus est. ὁρίζειν enim
E. non modo destinare, & decernere, verum etiam certò pronũciare, definire, declarare & indicare signat. Vnde & ab hoc verbo modum suum indicatiuum, quòd certum aliquid indicet ὁριστικὸν vocant Gręci: & certam de rei natura sententiam ὅρον appellant. Proinde si hoc sequamur, rectè totus hic vndiq; quadrabit sermo. Nam quod ad Christi carnem & humanitatẽ attinet, ipsum esse factum & natum iam

præmi-

præmiſerat ex ſemine Dauidis. Quod vero ad Spiritum ipſius attinet, qui eſt Spiritus totius ſanctimoniæ & ſanctificationis, omnia ſanctificans, diuina ſua potentia atq; virtute demonſtratus ac declaratus eſt, verè eſſe Dei filius, id'q; in primis ex ſtupenda illa mortuorum corporum reſuſcitatione, qua et ſe fecit, & alios, mirabiliter reuiuiſcere: qua in re vel maxime diuinam ſuam potentiam, eo'q; & Dei ſe filium apertè demonſtrat. Porrò qui à vulgata lectione latina ſtatuerit non recedendum, quod probabile ſit eius autorē pro ὁρισθέντος legiſſe προορισθέντος ad hunc poterit modum intelligere. Qui, ſubaudi quod paulo ante præceſsit, Ieſus Chriſtus, in duabus ſubſiſtens naturis, prædeſtinatus, & ab æterno pręordinatus ac definitus eſt: non ſecundū id quod ſemper fuit, ſed ſecundum carnem, vt iam homo factus, Filius nihilominus eſſet ac maneret Dei naturalis, in diuina virtute & potentia, vel per diuinam virtutem, per quam prædeſtinatio ipſa effectum ſortita eſt. Id autem eſt Chriſtus, iuxta partem ſui potiorē, nempe Spiritum, quo & dominus ipſe, & quotquot ipſius ſunt, ex ipſa vel in ipſa ſua reſurrectiōe, perpetuò redduntur cōſummata ſanctimonia conſpicui, & in omni felicitate firmi. Explicat hunc locum & Aug. ſed ſenſu ab vtroq; dictorum nonnihil diuerſo. Sic enim ediſſerit, vt carptim ob prolixitatē vitandam, ipſius commentum adijciam. Eundem ipſum, inquit, qui ſecundum carnem factus eſt ex ſemine Dauid, prædeſtinatum dicit Filium Dei, in virtute, non ſecundum carnem, ſed ſecundū Spiritum, nec quemlibet ſpiritum, ſed Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum. In reſurrectione

Vide Thome pa.3. q̄s.24.ar.1. & 2.

Qui p̄deſ. Ha.

Filius Dei in vir.

Secun. Spi. ſanct. ex reſ. mor.

A. in exp. ep. ad Ro. incho.

enim virtus morientis apparet, vt diceretur prædestinatus in virtute ſecundum Spiritum ſanctificatio ex reſ. mor. Deinde ſanctificatio vitam nouam facit, quæ in domini noſtri reſurrectione ſignata eſt. Poteſt etiam ſic eſſe ordo verborum, vt non ad ſpiritum ſanctificationis adiungamus quod ait, ex reſurrectione mor. ſed ad id quod ait, prædeſtinatus eſt: vt ordo ſit, qui prædeſtinatus eſt ex reſurre. mor. cui ordini interpoſita ſunt hæc, Filius Dei in vir. ſecund. ſpi. ſanct. Et iſte ordo certior & melior videtur, vt ſit filius Dauid in infirmitate ſecundum carnem, Filius autem Dei in virtute ſecundum Spi. ſan. Factus eſt ergo ex ſemine Dauid, id eſt, filius Dauid ex mortali corpore, ꝓpter quod & mortuus eſt, prędeſtinatus autem Filius Dei, & dominus ipſius Dauid ex reſurre. mor. Non autem ait eum prædeſtinatum à mortuis, ſed ex reſur. mor. Non enim reſurrectiōe ipſa ſua filius apparet de propria illa & eminentiſsima dignitate, qua etiam eſt caput eccleſiæ, cum & cæteri mortui reſurrecturi ſint, ſed filius Dei p̄deſtinatus eſt quodam principatu reſurrectionis, qa ex reſurrectione omnium mortuorũ ipſe prędeſtinatus eſt. i. vt pręcęteris & an̄ cęteros reſurgeret deſignatus: vt q̄d hic poſitũ eſt filius Dei, quũ dixiſſet prędeſtinatus eſt, ad documentũ valeat tãtę ſublimitatis. Prędeſtinatũ eũ eſſe ex reſur. mor. vt pręcederet reſurrectionem mortuorũ vult, intelligi apoſtolus. Hos aũt pręceſsit, qui ad ipſum cęleſte regnũ, quo eos pręceſsit, ſequuturi ſunt. Propter q̄d non ait, qui prædeſt. eſt fi. Dei ex reſurrectione mortuorũ Ieſus Ch. do. noſter, ſed ex reſu. mor. Ieſu Chriſti do. n, tanq̄ ſi diceret, ex reſurrectione mortuorũ

Vide infra. ex reſur.

Prędeſtinatus quid.

ſuorum

ſuorum,hoc eſt, ad ſe pertinentium in vitam ęternam. Ergo ille tanquàm filius Dei vnigenitus, & primogenitus ex mortuis prædeſtinatus eſt. Hactenus Aug. Poteſt tamen illud,

Ex reſurrectiōe mor. Ie. Chriſti do. no.) multiplicē habere ſenſum & conſtructionē. Aut enim reſurrectio mortuorum dicitur pro reſurrectione à mortuis, vt reſurrectio intelligatur ipſius Chrī: aut genitiuus mortuorū conſtruitur cum Ieſu C. cuius mortui dicuntur qui moriuntur in fide, vt intelligas hic tantum fieri mētionem de reſurrectione iuſtorum: aut genitiuus ἰησοῦ χριστοῦ iūgitur cum genitiuis pręcedētibus τοῦ υἱοῦ τοῦ γενομένου, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ, qui omnes poſſent reddi per abla. hoc pacto, De filio ſuo facto ex ſe, &c. definito filio Dei in poteſtate, &c. Ieſu Chriſto dño noſtro. Pręterea ἀνάστασις, i. reſurrectio accipi poteſt actiuè ſiue neutraliter, vt Pater intelligatur ſuſcitaſſe filiū à mortuis, aut vt filius ſuſcitarit ſeipſum: deinde etiā paſsiuè accipi poteſt, vt ſentias mortuos ſuſcitandos ad vocem filij Dei, quemadmodum Lazarū pręter alios ſuſcitauit. Poteſt quoq; hic reſurrectio capi pro vniuerſali reſurrectiōe, & capitis videlicet & corporis. Chryſ. in ſer. q̄dam de Spū. ſ. pręcedentem locum ita diſtinguit: Segregatus in euangelium Dei, ſecundum Spiritum ſanctif. poſt reſurrectionem Chriſti: dicit perperam diſtinguere qui aliter diſtinguunt.

X.E.

A.

E.

Iohan. 11.

C. to. 5.

Per quē accepimus grām et apo. Gratiā qua ab errore ſumus reuocati, vel qua labores infracto perferimus animo: vel grām euangelicā quā legis Moſaicæ obſeruatio cōferre non poterat: & apoſtolatū. i. munus apoſtolicum, ſiue prædicandi autoritatem.

Grā quid.

Apoſtolatus.

Ad obediendum fidei.) Εἰς ὑπακοὴν πίστεως, ad verbum sonat in obedientiam fidei: sensus autē est, vt obediatur fidei.

Pro nomine eius.) Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, trifariam exponi potest: super vel de nomine eius, ad gloriam, vel pro gloria nominis eius, & fama diuulganda: & ipsius loco, & nomine eius, sicq; referatur
2.Co.6. ad apostolatum, iuxta illud ad Corin. Pro Christo lega.fun.

Vocatis sanctis.) ad sanctimoniam vocatis.

Vt aliquid impertiar uobis gratiæ spi. ad cōfir. uos, id est, simul consolari in uo.) ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς, τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν. Hoc est, vt interpretatur quidā, vt aliquod impertiar vobis donum spirituale, quo confirmemini: hoc est, vt communem capiā cōsolationem in vobis per mutuam
m. fidem, &c. Vt huius sana sit interpretatio, posset tñ cōmodius mea sententia, & aliter intelligi, nēpè sic, vt particula, id est, referat quod paulo superius positũ est, videre vos, & quod mox subsequit, vt aliquid impertiar vobis gratię sp. &c. per modũ parenthesis intelligatur interpositũ, hoc pacto: Desidero enim videre vos (vt aliquid impertiar vo. gra. vel doni sp. ad cōfirmādos vos, vel vt cōfirmemini) id est, simul consolari in vobis, per communem fidem, &c. Atq; hanc fuisse veteris interpretis intelligentiam subindicat, ἀπαρέμφατος συμπαρακληθῆναι resolutũ, item per verbum infinitum, simul consolari. Mollius enim cohæret si intelligatur respexisse ad ἰδεῖν videre, quàm ad στηριχθῆναι confirmari, quod infinitum

rum magis per gerundiũ ob præpositionis particulam εἰς huic præfixam, voluit efferre. Addo ad illud, in nonnullis græcis codicibus reperiri perfectam periodum ante τοῦτο δέ ἐστι: atque ita τοῦτο hoc, posset referre cõplexim id quod præcessit, Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vo. gratię spi. ad confir. vos: hoc enim nimirum quod iam præmisi, est vnà consolari per vtriusque nostrum fidem: nec erit tum coniunctionis particula δὲ otiosa.

Ita quod in me, promptum est & uobis qui Ro. estis euange.) οὕτως τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, καὶ ὑμῖν, &c. id est, ita vel ad eum modum, quod vel quãtum in me est, promptitudo est, vel paratus sum etiã vobis qui Romæ estis euangelizare. A.O.

Virtus enim.) Id est, potẽtia Dei est, scilicet ipsum euangelium, in salutem omni credenti.

Ex fide.) Veteris testamẽti, in fidẽ noui test. Vel ex fide Dei, promittẽtis in fidẽ hominis credentis. Ter.

Sicut scriptum est.) Habacuc ca. 2. a. Iustus autem ex fide vi. Confirmat autoritate aposto. quod prædixerat euangelium virtutem esse cuiuis credenti in salutem, hoc est, vitam æternam.

Reuelatur enim ira Dei.) id est, vltio diuina, vt gladius, fames, pestis, & huiusmodi vltrices plagæ. Vnde per Iere. dominus: Ecce, inquit, ego mittam in eos gladium, famem & pestem. Hie. 29. d.

Qui ueritatem Dei in iniust. det.) Veritas Dei hoc loci agnitio & notitia Dei est: quam philosophi & gentiles in iniustitia detinebant, id est, quantum in ipsis erat depravabant, dum veri Dei gloriam ad i-

dola trãsferebant. Vel veritatem Dei, hoc eſt, verum Deum falſitati opponit idolorum: quę in iniuſtitia detinebant, quia dum idola colebant, verũ Deũ obſcurabant, & afficiebant iniuria.

Quia quod notum eſt Dei.) Notum dei poſuit interp. ꝓ eo quod eſt cognobile, & quod de deo ſciri cognoſciúe poteſt: niſi forte malis γνωστὸν pro γνῶσις, ideſt, notitia accipere.

Manifeſtum eſt in illis.) Id eſt, apud illos.

A creatura mundi per ea quæ facta ſunt intel. cõ.) Sicut græca vox κτίσις, ita & latina, creatura ambiguitatem admittit: nam vel creationem, vel rem creatam ſignificare poteſt. Ἀπὸ tamen particula ſubindicare videtur pro creatione potius accipiendam, quòd proprius rebus inanimatis iungi gaudeat. Porro græca lectio quæ ſic habet, τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, varie reddi poteſt: nimirum vel hoc pacto: Nam inconſpicua eius à creatione mundi operibus dum intelliguntur, conſpiciuntur: atq; ita à creatione erit à tempore creationis, & operibus ablatiuus erit inſtrumenti, & νοούμενα præſentis temporis participium per verbum redderetur eiuſdem temporis, hoc ſenſu, Nam quæ in Deo ſunt inconſpicua, vt ipſius potentia, ſapientia, bonitas, conſpiciuntur quodam modo, dum à mundi conditione per ipſa quę creata ſunt, intelliguntur. Vel ſic, Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quę facta ſunt videntur, vel conſpiciuntur: & ita creaturam bifariam accipi poterit,

terit, siue pro re creata, videlicet homine, vt intelligas mundi additum ad distinctionem creaturæ cælestis, siue pro creatione ipsa, id est, à tempore creationis mundi. Vel sic, Siquidem quæ sunt inuisibilia illius, vel ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, videntur: vt intelligas inuisibilia Dei cerni ex ipsa mundi creatione, dum intelliguntur per opera quę Dei conditoris potentiam, sapientiam, ac bonitatem prę se ferunt. Vel item hoc pacto, Inuisibilia nanque ipsius à creatione mundi in operibus, vel in his quæ condita sunt, intelligendo videntur, vel intelliguntur & cernuntur. E.

Euanuerunt in cogitationibus suis.) Id est, vani facti sunt per cogitationes suas. Illud quoque animaduertendum, dictionem Διαλογισμὸν qua hic vsus est D. Pau. significare non solum cogitationem, verum etiam disceptationem, sermocinationem, ratiocinationē, reputationem, & confabulationem, quibus plus satis nitentes vani effecti sunt, imo & obtenebratum est cor illorum insipiens, stultum & insciens.

Et mutauerunt gloriam incor. Dei *in simil. &c.*) Quod duas res nihili coniunxerit dicens in similitudinem imaginis, ad epitasin facit, quo videlicet clarius depingat philosophorum aliorumq; insaniam, qui gloriam soli omnipotenti Deo debitam, soliq; omnium domino dignam commutassent ac vertissent ad illud quod est vilissimum, nimirum ad similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Quin nec hic steterunt, sed & bestijs

illum obtulerunt, imò magis illorum imaginibus.

Tradidit illos Deus in desideria cor. e. in immũd.) Vel vt alijs placet, illos in desiderijs cordiũ suorum, id est, per desideria siue per cupiditates cordium suorum, in immunditiam, vel ad immunditiam. Tradidit vero impropriè posuit, pro tradi permisit, vel tradi passus est.

Vt contumelijs afficiant corp.) τοῦ ἀτιμάζεσθαι, id est, inhonorarent, dehonestarent, ignominia aut etiam contumelia afficerent: dicitur enim cõtumelia à contemptu, teste Seneca.

Qui commutauerunt ueri. Dei in mendacium.) Id est, vera omnipotẽtis omniũ rerum creatoris diuinitatem transmutarũt transtuleruntq́ in mẽdacium, hoc est, simulachrũ, quod mẽtitur diuinitatẽ, specie tantum ementita effictaq́ imagine, hominem aut aliud animal referens, quum nec viuat, nec sentiat.

Propterea tradidit illos Deus in paßi. igno.) Hoc est, ruere ac prolabi permisit in pasiões, animi motus, affectus (id enim vult πάθης vocabulum) ignominiosos, atq; probrosos.

Et mercedem quam op. er.) Nempè turpitudinẽ, contaminationẽ, & prolapsum in affectiones ignominiosas. Hæc autem infert, quia nõdum quiuerat de gehenna quippiam istis persuadere.

Et sicut nõ probauerunt Deum habere in no.) Et quemamodum non probauerunt, id est, approbauerunt vel iudicauerũt, imò improbauerunt Deum habere in notitia, qui scit & cognoscit omnia. Sicut, inquam, hoc improbarunt, ita vicissim & ipsi in reprobam mentem ruere permissi sunt. Est enim

festiua

festiua vocum allusio probauerunt ad reprobum, sicut & in grçcis quoq; ἐδοκίμασαν ad ἀδόκιμον. Ali ter etiamnum exponi potest ad hunc modū: Non probauerunt vt ipsi Deum haberent in notitia, vel etiā agnitione, vt sit reminiscentis, gratiq;. Is aūt pul chrè deum se probat habere in notitia, qui præsentem illum semper habens peccare erubescit, & pijs vacat operibus. X.

In reprobum sensum.) Sensus hic ex cōsuetudine scripturæ pro mente ponitur, siue intellectu. Quos autem in improbā permiserit deferri mentem ostēdit, dicens, Repletos, &c. Quòd verò alij hos accusatiuos per nominatiuos reddiderint, cum verbi parte, faciant, construendos existimarūt: vt faciant quæ non conueniunt, repleti omni iniquit. &c.

Omni iniquitate.) Hoc est iniustitia, nam Græcis est ἀδικία. quam vocem pro quouis peccato vsurpant sacræ literæ.

Malitia.) Quæ virtuti seu bonitati contraria est, opponiturq; ἀρετῇ. Illud quoq; memineris oportet, non esse eundem ordinē apud latinos, qui est apud græcos. Quandoquidem malitia respondet ei quæ in græcis quinto loco particula posita est, videlicet κακία. Fornicatio quę nobis tertiū, grçcis secundum locum occupat πορνεία, &c. n.

Fornicatione.) Omnem impuritatem hoc nomi ne complexus est, teste Theop. cuius loco alij scortationem vertere maluerunt.

Nequitia.) Respondet πονηρία. Hæc vox græcis significat nequitiā, malitiam, prauitatē, flagitium: illa vitium sonat quod cętera omnia complectitur,

sed

ſed potiſsimum ad luxum & libidinem pertinet iuxta grãmaticos. Apud theologos verò nequitia eſt dum attentat aliquis quod nequit perficere, à ne & quicquam ſumpta etymologia.

Contentione.) Vbi non ratiõe aliquid, ſed animi pertinacia defenditur, & vbi iã non veritas quęritur, ſed proximus fatigatur. Græcè ἔρις dicitur.

κακοηθείας. i. malignitate.) Moroſitate, mala cõſuetudine, vel morum aſperitate.

Suſurrones.) Qui clã alienę derogant famæ, obtrectatores vero ſiue detractores, qui palàm, vt annotauit Theophy.

Θεοστυγεῖς. i. Deo odibiles.) Vel Dei oſores: nã vox græca anceps eſt ad vtrunq;.

Cõtumelioſos.) Ad probra & conuitia inferenda paratos.

Superbos.) Supra ſe de ſe ſentiẽtes, atq; adeo Dei contemptores.

Elatos.) Cæteros præire contendentes, & ad magna aſpirantes, eoq́; proximum aſpernantes.

Ἀσυνθέτους, id eſt, incõpoſitos.) Incõpoſitos autẽ vocant doctores eccleſiaſtici habitu, inceſſu, ac moribus incultos, nec abs re: nam in compoſitus à com
n. pono deducitur, quod non raro ornare ſignificat. Vulgari hac ac ſimplici elucidatione contentus, cæteras curioſiores quorundam interpretum cẽſuras, ſilentio arbitror tranſeundas.

Sine affectione.) Alienos à charitatis & naturalis pietatis affectu.

Ex capite II.

PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterũ teip. condemnas.) Quapropter inquit, nempe quia Dei iustitiã cognouisti, inexcusabilis es qui iudicas: nosse siquidẽ te Dei iustitiam apertius manifestas, dum alios iustè iudicas atq; condemnas. Inexcusabilis inquam, nam in eo crimine, quo alium iudicas, teipsum condẽnas: vel hoc ipso quod iudicas alterum, teipsum condemnas: vtrunque enim sensum græcus sermo admittit. Videtur autem apost. hoc loco ad primates ipsos verba intẽdere, eosq; Romanos pręcipuè, tanquàm ad totius orbis præfectos, vtpote quos iudicium deceat. Congruit tamen hoc dictum vel in cæteros mortaleis omneis. X.

His quidem qui secundum patientiam bo. op. gloriam & ho. et incor. quærentib. uitam æternam.) Duplex huius loci dari potest iuxta duplicem distinctionẽ intelligẽtia. Vna erit, si verbum reddet (quod ex superioribus subaudiri potest) iũgatur cum accu- X.
satiuo vitam æternam, participij voce quærentibus connexa cum accusatiuis gloriam, hono. & incor. Altera, si reddet ad accusatiuos gloriam hono. & in- A.
cor. quærentibus vero ad vitam æternam referatur. Quoad reliqua item verba variant interpre- G.I.
tes. Alij in prima clausula τὸ sunt, subintelligendum autumant, qui sunt boni operis secundum patientiam, ne qui, superfluere videatur, quemadmodum in sequentibus τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, ijs qui sunt ex contentione, vbi interpretans sunt implicitum expli-

explicuit. Alij contra qui relatiuum in vulgata versione superuacaneum asseuerant, tum quod nil habeat cum quo iungatur, tum quòd eo reiecto rectè quadret sententia. Denique illud καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, alij per perseuerantiam operis boni vertunt: vt idem sit quod perseuerantes in operibus bonis, alij secundum patientiam, alij per patientiam. Pro voce item ζητοῦσι, quærunt: pro incorruptionē verò immortalitatem quidam conuertunt. Sensus autem qui ex hisce potior mihi videtur, hic est: Qui reddit vnicuiq; iuxta opera sua. Eis quidem reddet vitam æternam, qui gloriam quærunt, illam scilicet cœlestem, & honorem, & incorruptionem, siue incorruptibilitatem, idq; per patientiam boni operis. Eis verò qui contentiosi sunt, ira superuētura est, & iud. &c. Adijciam & illud, particulam secundum patientiā iungi posse cum verbo, reddet: vt Deus ipse intelligatur reddere ac retribuere cuiq; secūdum patientiam, & iuxta cuiusque in operibus bonis perseuerantiam.

Qui sunt ex contentione.) Hoc est, contentiosi.

Eiusmodi legem non habentes.) Eiusmodi nominandi casus est, vt subaudias gentes.

Testimonium reddente illis conscientia ipsorū, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defen.) Græcis ita legitur: συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, καὶ τὰ ἑξῆς. Quę commodius & intelligibilius ad hunc modū reddi possunt:

A. Contestante illorum consciētia, & cogitationibus inter se inuicem accusantibus, aut etiam defendentibus

tibus, in diem dum iudicabit Deus, &c. Est tamen a.
vnde vulgatam lectionē solœcismo, quem illi non-
nulli tribuunt, liberes, si memineris ablatiuum con
scientia repeti posse, ita legendo: Testimonium red
dente consciētia ipsorum, consciētia, inquam, cogi
tationū accusantiū aut etiam excusantium. Quam
repetitionem græca etiam lectio commodè ad-
mittit.

Habentem formam scientiæ & ueritatis in lege.) Id est, formandi instituendiq; scientia, & veritate te nentem rationem siue modum, per legem. Vel formam, id est, exemplar, quod alijs quoq; præscribas, siue cui alij imprimantur.

Sicut scriptum est.) Quum apud Ezec. ca. 36. vbi iuxta 70. Inter. quos videtur sequutus apostolus, sic legitur: Et ingressi sunt in gentes, quo introierunt illuc, & prophanauerunt nomen meum sanctum, quum dicerentur ipsi populus domini. Ipsi & de terra eius egressi sunt, et peperci eis propter nomē meū sanctum, quod prophanauerunt domus Israel in gentibus: tum apud Iesa. ca. 52. iuxta eosdem Inter. Propter vos semper nomen meum blasphematur in gen.

Circuncisio tua præputium facta est.) Hoc est Iudaismus tuus, gētilitas facta est: aut si mauis, factus es ex Iudæo gentilis.

Nō enim qui in manifesto Iudæus est, &c.) Sermo ipse aposiopesi quadam concisus, ad hunc modum expleri potest: Non enim qui in manifesto Iudęus sit, is verè Iudæus est: neque quæ in manifesto in car

ne fit circuncisio, ea vera est circuncisio: sed qui in absconditο Iudæus fuerit, is verè Iudæus est, & circũcisio cordis, quæ vera est circuncisio, non in litera sed in spiritu sita est, cuius laus non ex hominibus,
n. sed ex Deo est.

Ex Capite III.

SIcut scriptum est.) Tanquam si dicat, Dei fidem esse certissimam testatur & psalmus Dauidicus, vt iuxta quod scriptum est, Iustificeris, sup. tu Deus in sermonibus tuis. Id est, vt in dictis ac promissis tuis iustus appareas & verax, & ipsa re vincas, quoties vt vanum pollicitatorem te incusant mendaces homines, suspicantes ibic, vt ob scelus aliquod præstaturus nõ sis, quod genti Dauidicæ pollicitus es. Poterit tamẽ illud, sicut scriptum est, ad id quod proximè præcessit referri, omnis homo mendax, aut simul etiam ad vtrunque, nam vtrunque in lib. Psalmorum est, illud Ps. 50. hoc 115.

Vt iustifi. in ser. t. & vincas cũ iud.

A.

Si autẽ iniquitas nostra Dei iustitiã cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniq. est Deus qui infert irã?) Dicet iam, inquit, fortasse aliquis: Si Dei iustitia commendatior spectatiorq; redditur hominum iniustitia, quid sentiendum est? Deum esse iniquum, qui iniustitijs & peccatis nostris iram velit, id est, vltionem inferre? Et respondet, Absit. Alioqui, &c.

A.

X. *Secundum ho. dico.*) Id est, impiorum hominum verbis loquor, vel humano more loquor. Eucherius interpretatur secundum humanam elocutionem, quod quasi iniquum Deum appellauerat: vel

E. li. quæst. no. te.

quod

quod iram eius dixerat, cuius pasʃio in Deum non cadit.

Si enim ueritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquàm pec. iudicor, & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos di.) faciamus mala, ut ueniant bona? quorum dam. iuʃ. est.) Senſus eſt: Si Deus ex meo tranſgreſſu, mendacio atque peccato, iuſtus apparuit & verax, ſicuti Pſalmiſtæ prædicta indicant verba, quid ob id tanquàm peccator iudicor, quod in Dei gloriam egi? Neque enim damnatione, quin potius corona ſum dignus. Quod ſanè ſi verum deprehenditur, quur non potius ita cogitemus & loquamur, faciamus mala vt eueniant bona, ſicut malè audimus, & malè de nobis loquuntur quidam (id enim eſt, ſicut blaſphemamur) quorum damnatio iuſta eſt, id eſt, iuſtè huiuſmodi maledici cruciabuntur, & per conſequens etiam facientes mala vt inde eueniant bona: quoniam Deo nequeunt imputare ſuum peccatum, cuius ipſi ſua ſponte ſunt autores: ita nihil illis gratiæ debetur, ſi quod ipſi ſuo vitio peccant, Deus ſua bonitate vertit in ſuam gloriam.

X. n.

E.

Quid ergo dicemus? Præcellimus eos?) Dixerat ſuperius aliquid fuiſſe Iudæis abundantius donatum, quia lex illis credita eſſet: nunc vero oſtendit nihil eos habere eximum quo excellant, quantum ad propria opera attinet. Etenim quum nō obſeruaſſent quæ eis tradita erant, magis condemnantur.

loquitur autem hęc Apo. ex persona Iudæorum.

Venenum aspidum. Aspis serpēs est modicus, qui veneno suo viuentia quęcq; concite occidit.

Scimus quoniam quæcunq; lex loq.) Ne forte causentur Iudæi nihil ad se huiusmodi dicta spectare, palam ostendit Paulus hæc ad eos potissimum pertinere, quibus ipsa lex data est. Legem autem nō Mosi tantum sed vetus omne instrumentum appellat.

Ex operibus legis non iustif. omnis caro.) Legem dicit veteris instrumenti, cuius obseruatio, sicut nec cętera bona opera ex cōdigno, neminem mortaliū iustum reddere possunt coram Deo. Per legē enim tantum suū quisq; peccatum agnoscit: tametsi non nullus sit ad iustitiam gradus, iniustitiam suam intelligere, & ad illam per rectè facta contendere. Cęterum carnem pro homine posuit, per synecdochē.

Sine lege iustitia Dei manifestata est, test. à lege & Pro.) Ostendit D. Pa. ex lege euangelica iustitiā Dei factam manifestam sine legis operibus per fidem: de qua iustitia nouissimis istis gratiæ diebus manifestanda testimoniū perhibēt lex & prophetę. Nam in arcanis literis ij dicuntur μαρτυρεῖσθαι testificari, quibus perhibetur testimonium.

Egent gloria Dei.) ὑστεροῦνται, id est, egent, vacui sunt, destituuntur diuinæ gratiæ gloria. Atq; hic fit perfecta verborum distinctio, vt quod sequitur,

Iustificati gratis per gra.) Separatim legatur. Gręcè δικαιούμενοι præsentis temporis est, quod dilucidius erit, si ita vertas: Iustificantur autem.

Quem proposuit Deus propiciatorem per fi. in

sang.

ſanguine ipſius ad oſtenſionē iuſtitiæ ſuæ, propter re miſ. præce. delic. in ſuſtentatione Dei, ad oſten. iuſtit. & cæ.) Hūc inquit Chriſtum Ieſum, Deus Pater palam dedit, vt propiciator, reconciliator, ac propiciatorium eſſet, per fidem, vt qui in eum crederent, ipſum haberent recōciliatorem, idq́ʒ mediante ipſius, non brutorum animalium ſanguine, hoc pacto oſtendens & declarans ſuam in prçſtandis promiſsis iuſtitiam: propiciatorem, inquam, propter remiſsionem condonationemq́ʒ quorumcunq́ʒ præcedentium delictorum, quç ſua lōganimitate pius Pater tolerauit, vt palam faceret in hoc tandem tempore ſuā iuſtitiam, appareatq́ʒ ipſum eſſe natura vereq́ʒ iuſtum, atq́ʒ adeò omnium iuſtificatorem, qui ex fide, id eſt, fideles ſunt Ieſu Ch. dū quos iuſtificandos promiſerat, per Chriſtum iuſtificat. ἱλαστήριον ambiguū gen. A. A.

Vbi eſt ergo gloriatio tua?) Iudæum appellat in lege ſua gloriantem.

Per quam legem? Factorum?) Id eſt, per legē Moſaicam, quæ eſt lex operum & cçremoniarum? Nequaquam.

Sed per legem fidei.) Fidem iccirco legem appellat, quod legis nomen apud Iudæos honori haberetur.

Arbitrantur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operib. legis.) Ad huius loci & aliorum multorum ſimilium explanationem, ſciendum iuſtificandi vocabulum in ſcriptura accipi biſariam, iuxta illud, Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Interdū enim iuſtificari eſt ex impio fieri iuſtum, quod abſq́ʒ vllis Apo. 22. b.

operum meritis: & de huiusmodi iustificatione loquitur fere apostolus in hac epistola, & in ea quæ
Tit.3.b. est ad Titum, vbi ait: Non ex operibus iustitię quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Interdum iustificari est ex accepta fide in iustitia proficere, & iustitiæ opera exequi, ma-
Iac.2.d. gis magisque iustum fieri: de qua loquitur beatus Iacobus: Fides, inquit, cooperatur operibus eius.
C.c. Iustificamur ergo per fidem in Christum, qua credimus per meritum ipsius nobis condonari peccata: non quòd fides ipsa proprie causa sit nostrę iustificationis, sed quod per ipsam quasi per immediatum quoddam instrumentum Dei misericordiam seu gratiam, quæ propriè causa formalis est
C.c. iustificationis, ipsam iustitiam accipiamus. Complectitur aũt iustificatio duo, nempe remissionem peccatorum, & interioris mentis renouationem. Contingit ergo hæc prima iustificatio homini gratuito dei munere, etiam sine vllis præcedentibus bonis operibus: quæ videlicet sine fide fiunt, & sine Spiritu sancto: quæ vt ad iustificationem nihil homini conferunt, ita quatenus talia sunt, ad acquirendam iustificationem necessaria non sunt. Porrò opera q̃ ex fide fiũt, siue ea iustificationẽ pręcedant, vt sunt opera pœnitentię, nimirum dolere, conteri, temperare à malitia, restituere alienum, facere eleemosynas, sitire iustitiã, hoc est remissionem peccatorũ: siue ipsam iustificationem sequantur, vt sunt officia charitatis, & cętera omnia benefacta, necessaria quidem sunt homini cupienti iustificari, neutra tamen per se proprie merentur, vt quis iniustus reddatur iustus. Quanquàm interim posteriora maioris

ioris meriti sunt quàm priora, quod hæc posteriora ex fide iam viua & formata fiant, quam necessario consequuntur, ita vt apost. Iacobus ex ipsis nos partim iustificari doceat, nedũ ex fide: illa vero ex fide proficiscãtur adhuc informi. Vnde hic noster apo. alibi: Gratia inquit estis saluati, non ex operibus. Quod autẽ hæc, fides quę iustificat necessario requirat, & includat, exertè docet beatus Aug. cuius hic malo verba, quibus id docet, subscribere q̃ nostra. Quoniam Paulus apo. (inquit) prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, vt putarent quum semel in Christum credidissent, etiam si male operarentur, facinorose flagitioseq́ue viuerẽt, saluos se esse posse per fidem: locus iste huius epistolæ eundem sensum Pauli quomodo sit intelligendus, exponit. Ideoque magis Abrahæ vtitur exemplo, vacuam esse fidem si non bene operetur: quoniam Abrahæ exemplo etiam Paulus apostolus vsus est, vt probaret iustificari hominem sine operibus legis. Quum enim bona opera commemoret Abrahæ, quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, vt si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, vt nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenire ad donum iustificatiõis, quę est in fide. In hoc enim se gentibus in Christũ credentibus Iudæi præferri cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum quæ in lege sunt, ad euangelicam gratiam perueniſſe: ideoque scandalizabantur multi qui ex

Iac. 2. d.

Eph. 2. b.

Au. li. de 83. q̃. q̃ 76

Sẽtit de loco epist. Iaco. 2.

Fides sine operibus otiosa est.

eis crediderant, quòd incircuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde apost. Paulus dicit posse hominem sine operibus se precedentibus iustificari per fidem. Nã iustificatus per fidẽ quomodo potest nisi iustè operari? quãuis antea nihil operatus iustè ad fidei iustificationẽ peruenerit, non merito bonorum operum, sed gratia Dei, quæ in illo iam vacua esse non potest, quum iam per delectationem bene operatur. Quod si quum crediderit mox de hac vita decesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus operibus, quia non merito ad illam sed gratia peruenit, nec sequentibus, quia in hac vita esse non finitur. Vnde manifestum est quod Paulus apo. dicit: Arbitramur enim ho. iu. per fi. si. o. Nõ tamẽ ita intelligendũ est, vt accepta fide si vixerit, dicamus eum iustũ, etiam si male vixerit, &c. Qui putant Iacobi sententiã contrariã esse illi Pauli sententię, possunt arbitrari etiam ipsum Paulum sibi esse contrarium, quia dicit alio loco: Non enim auditores le. ius. scilicet ap. Deum, sed fac. le. iu. Et alio loco. Sed fides quę per di. op. Et iterũ. Si enim secundum car. vix. mo. si autem Spiritu fa. car. mo. vi. Quę sint autem facta carnis quæ operibus spiritus mortificãda sunt, alio loco manifestat d. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immun. &c. qui talia agunt reg. Dei non posidebunt. Et ad Cor. ait: Nolite errare, neq; fornicatores, &c. Et hæc quidem fuistis, &c. Quibus sententijs manifestissime docet, non eos pręterito bono opere ad fidei iustificationem peruenisse: nec meritis eorum istam gratiam datã, qñ dicit, & hęc quidem fuistis. Sed quũ dicit, qui talia ag. reg. D. non pos. satis ostendit iam

Ro. 2. c.
Gal. 5. b.
Ro. 8. c.
Gal. 5. d.
1. Co. 6. b.

ex quo crediderũt, bene operari debere. Quod & Ia. dicit, & multis omnino locis idem apo. Paulus satis apertéq; prędicat recte viuendum omnibus qui in Christo crediderũt, ne ad pœnas perueniant. Quod & ipse dominus commemorat d. Non omnis qui di.m.do.do.intra.in re.cœ.sed qui fa.vo.pa.m.qui in cœ. est ip.in re.c. Et alibi, Vt quid di.mi.do.do.& nõ fa. quę d.vo. Et omnis qui au.ver. &c. Quapropter non sunt sibi contrariæ duorum apostolorum sententię Pauli & Iacobi, quum dicit vnus iustificari homines per fidẽ sine operibus, et alius dicit inanem esse fidem sine operibus: quia ille dicit de operibus quæ fidem præcedunt, iste de his quæ fidem sequuntur. Qui altius hoc de iustificatione, fide & operibus argumentũ ingredi voluerit, videat Albertum Pig. vel Enchir. Concilij Col. Mat.7.c. Lu.6.g

Qui iustificat circuncisionẽ, &c.) Circuncisionẽ pro circunciso, & præputium pro præputiato ponit, vt supra docuimus.

Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.) Non abolemus, aut inutilem facimus Moysi legem, imò stabilimus potius, implemus & perficimus, dum hoc efficit fides quod lex ipsa iubebat. Legem etiam statuimus dum legis totius scopũ ac summam Christum prædicamus, qui quum dixisset: Non veni soluere legem sed adimplere, vt eandem redderet cõsummatiorem adiecit, Au- Mat.5.c. distis quia dictum est antiquis, Non occides: qui au- Ibidem. tem oc.reus erit iu. Ego autem dico vo. quia omnis qui iras.fratri s.reus erit iu. Et consequenter: Audistis quia di.est an. Non mœch. Ego autem dico vo.

quia omnis qui viderit vxorem,&c.

Ex capite IIII.

QVid ergo dicemus inuenisse Abra.pa.no.secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriã, sed non apud Deum.) Dixerat superius diuinus apost. hominem fide iustificari citra legis Mosaicæ opera: id iam exemplo comprobat, non plebei cuiuspiã hominis, sed eius de cuius stirpe, iustitia, & autoritate vniuersa gloriabatur Iudæorũ propago. Quid ergo inquit dicemus, si Mosi præscriptis iustitiã parandam contendas? Quid putabimus Abrahamum parentem nostrũ consequutum per carnalẽ illam circuncisionem, perq́ꝫ cætera legis opera? Sane si iustus hinc habitus est, gloriam quidem promeruit, qua fortasse gloriaretur apud sese, aut apud seculi huius cæcum, quod secundum faciem iudicat mortalium vulgus: at non eiusmodi gloriam adeptus est, quæ iustum commendatumq́ꝫ redderet apud remuneratorem & glorificatorem Deum. Nec secus cum Abrahamo agebatur, quàm cum his qui canonicarũ sanctionum ac cęremoniarum obseruationibus, mortalibus quidẽ, qui secundum faciem dijudicant, habentur probi, iusti, pij, quum tamen eiusmodi obseruatio sola neminem reddere iustum posit apud eum qui cor intuetur, & secundum animi cuiusq; rationem dijudicat. Et iuxta hunc sensum, clausula secundum carnem, ad τὸ
A. X. inuenisse referenda est. Non negauerim tamen ad Abrahã quoq; posse referri: est enim pater omniũ Iudęorum secũdũ propagationem carnalẽ, verum secundum spiritum, ac fidei imitationem nõ item.

Ei

Ei autem qui operatur mer. non impu. sec. gra. sed secun. deb.) Iudæo operanti ea quæ legis sunt, quæ redditur merces, haud putãda est gratuito persolui, sed ex merito & cõdigno: quemadmodũ conducti tio operario ob pactionem & operam pręstitam laboris fructus rependitur. Porro autem,

Ei qui non operatur.) Nempe gentili à lege Mosaica alieno, imo etiã Iudæo, qui à legis oneribus ad libertatem sese contulit fidei Christianę, eoq́ firmo dilectionis ac fidei glutino, impiorum adhæret iustificatori, fides illius non secundum debitum, sed secundum propositum gratiæ diuinæ reputabitur, vt iustus haberi mereatur.

Secundum propositum gratiæ Dei.) Sensus est, ita ab ęterno esse decretũ, vt gratis pro iustis haberentur credentes fide vera & viua. Vel secundum propositum gratiæ, id est, iuxta gratiam expositam & obuiam cuiuis credere volenti.

Beatitudinẽ hominis.) Dixit pro beato homine, antiquo & Hebręo more, quo frequẽter denominãs pro suo ponitur denominatiuo: sicut Gen. 1. vbi pro illo, Terra erat inanis & vacua, hebręa ad verbum reddita habent, & terræ fuit vastitas & vacuitas.

Tantum manet.) Has voces aut certè simileis græcus contextus subintelligendas relinquit, quas interpretãs, quo dilucidior esset, sentẽtia nobis expressit.

In circuncisione, an in præputio?) In Abrahamo iam circunciso, an adhuc in præputio agenti atq; incircunciso? Certè non in incircunciso.

Et signũ accepit circũcisionis, signa. iust. fidei, quæ est in præputio.) Et accepit Abrahã signũ siue notã,

nempe

nempe circuncisionem, quæ esset in sigillum testificatiuum & confirmatiuum eius iustitiæ quę fidei est, siue quę per fidem contingit, quam vel incircuncisus Abram habuisse dinoscitur.

Non ijs tantum qui sunt ex circuncisione, sed & ijs qui sectã. uesti. fi.) Ne te hic moueat traductionum dissonantia, indicandum putaui cum vulgata traductione consentire vetustiores interpretes, nominatim Am. atq; Orig. & hanc magis expostulare ipsius sermonis consequentiam. Nam ex eo quod quidam vertit, ijs qui non solum genus ducerent à circuncisis, verum etiam ingrederentur vestigijs fidei, videri posset apostolus quasi de solis loqueretur Iudęis, quum palam sit de Iudęis simul & gentibus fieri sermonem.

Non enim per legem promißio Abrahæ aut semini eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.) Haudquaquàm, inquit, merito seruatę legis, quę necdum prodita erat, Abrahæ, aut ipsius semini, hoc est, fideli & dignæ tali parente posteritati, vel facta est, vel contigit diuina promissio, nempe quod ipse in suis posteris hæres futurus esset ac fuerit mundi, iuxta illud quod in Gen. sibi à domino dictum audiuit ca. 13. Vide à loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem: omnem terram quam cõspicis tibi dabo & semini tuo, &c. sed hoc ei contigit merito & iustitia ipsius fidei.

Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promißio. Lex enim iram operatur.) Si illi qui legis sunt obseruatores Mosaicæ, hæredes

sunt

ſunt promiſſorum, neceſſum eſt inanis atq; inutilis fuerit tum dei promittentis, tum Abrahæ poſteritatisq; eius credentis fides, eoq; etiam vana ac fruſtraria fuerit Dei promiſsio, nimirum ea de qua modo dictum eſt. Tantum enim abeſt vt lex ei hoc præſtare potuerit, vt Dei citius iram fuerit inductura, atque inducat.

Ideò ex fide.) Subaudi contingit iuſtitia atq; pollicitationum hæreditas, idq; iuxta fauorem gratiæ diuinæ.

Et uocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt.) Id eſt, Sua omnipotēs Deus potentia efficit, vt non entia, entia eſſe incipiant, qui nati non ſunt, naſcantur: & quę nihil prorſus ſunt, nihil ſint minus quàm quæ maxime aliquid eſſe æſtimantur. Iudæi, ſoli ſibi videbantur viuere & eſſe aliquid: gentes contra pro mortuis & nihili ab ipſis habebantur. At Deus gratuita ſua bonitate hos vel maxime eligere ſibi, atq; vocare dignatus eſt. τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

Qui contra ſpem in ſpem credidit.) Dum videlicet ſibi diffidens pollicitatori fidebat Deo: dum in rebus deſperatis ſperabat: dum deſtitutus viribus propriis vltra ſpem humanam, totus à ſpe in Deum pendebat diuina, in qua vna conquieſcebat. Credidit, inquam, futurū ſe patrem multarum gentium, emortuo iam tum, tam ſuo quàm vxoris ſuæ corpore. Vt fieret pater.

Ex capite V.

IVſtificati ergo ex fide.) Iuſti enim reddimur ea fide quæ viua dicitur, quæ cum ſpe & charitate coniun-

coniuncta est, de qua supra diximus cap. præc.

In gratiā istam in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ fil. Dei.) Per fidem, inquit, aditum habemus in hanc præsentem nouæ legis gratiam, per quam & in qua erecti ac firmi perstamus, & gloriamur in spe & expectatione gloriæ illius, quæ est filiorum Dei.

Spes aūt nō cōfundit, quia charitas Dei diff. est in.)
X. A. Non afficiet nos, inquit, spes nostra dedecore, neq; fallet vnq̄, propterea q; Dei ergā nos dilectionē, ceu certissimū q̄ddam spei nostræ pignus teneamus: q̄ sanè si deesset, spes ipsa pudefaceret, & redderet inanis.

Non solū aūt.) Non modo, vt supra cōmemorauimus, inquit, quū inimici essemus recōciliati sumus Deo per mortē Filij eius: & nō modo in morte ipsius salui erimus: sed & nunc q̊q; gloriamur in Deo.

Propterea sicut per unum hominē pec. intrauit in hunc mundū, & per pec. mors, ita in oēs ho. mors pertrāsiit, in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legē, &c.) Præsens hic Apostoli locus anapodoto concisus est, aut certè lōga & molesta quadā hyperbasi obscuratus est: quo factū est, vt multi hic nō parū sudarint, et
n. nonnulli etiā recentiorū parum apta commēti sint. Nemo mihi melius apostolicā phrasim perspexisse atq; edisseruisse videt atq; Adamātius, qui sermonis incōmodo duobus occurrit modis, sicuti ex subscriptis edoceri poteris ipsius verbis. Vbi eīm dicitur, inquit, Propterea sicut necessarium videtur q; addi debeat adimpletio quædā, vt dicatur, ita & illud, vel illud: vt & ipse in nōnullis alijs locis scribit. Verbi gratia quum dicit, Sicut enim in Adā om. mor. ita & in Chr. om. viu. Hic aūt quum dixerit, Sicut per vnū ho

minem

minem pec.introi.in hunc mun.& per pec.mors,& ita in omneis homines pertrāsijt, non retulit vt diceret verbi causa: Ita & per vnū hominē iustitia introiuit in hunc mundū,& per iustitiā vita, & sic in omnes homines vita pertransijt, in qua omēs viuificati sunt. Hoc enī videbatur propositi eloquij sensus expetere, secundū ea quæ in alijs ipse proloquitur. Neq; enim multū differt illud quod alibi dicit, Sicut in Adam om.mor.& quod hic dicitur: Sicut per vnum hom.pec.in hūc mun. introiuit, & per pec.mors, & ita in om.ho.pertran. Et iterū quod dixit, Ita in Christo omnes viuificabuntur, nihil differt ab eo sensu quem deesse eloquutioni dixisset intellectui legētis relictum. Sed mihi videtur Paulus, qui dicit, q; sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos nos fecit ministros noui Test. non per hæc defectū passus eloquij, sed prospexisse aliquid vtilitatis, quo etiā si intelligi deberent ea quæ deesse elocutioni & subintelligēda diximus, tamen propter negligentiores quosq;, qui forte resolui possent si audirent, q; sicut mors in omneis homines per peccatū, ita & in omneis homines pertrāsiit vita per Christum, considerauit palàm hęc dici & publicè non debere: simul & illud ostendens, quòd etiam per vnū hominem iustitia introiuit in hunc mundū,& per iustitiā vita in omnes homines pertrāsiit, tunc nō hoc in præsenti statim cōtingere, nec otiosis accidere, sed ijs q multo labore & sudore potuerint quæ occulta sunt quærere, pulsare q̄ clausa sunt, desiderare q̄ abscondita sunt. Alius fortasse dicit, quòd hoc quod videtur deesse in ijs q̄ supra diximus secundū elocutiōis ordinē, tarde quidē, sed in posteriorib, reddit, vbi dicit, Sed nō sicut delic.ita &

dona-

donatio. Si enim vnius delicto mortui sunt multi, multo magis gratia Dei & donum, gratia vnius hominis, Iesu C. in plures abundauit: & asserit in his cõpleta esse, quæ defuisse in superioribus videbantur: nec multũ interesse quod ibi in omneis homines dixerit pertransisse peccatum, hic vero donum & gratiam Iesu in plures abundasse, quum & omnes homines plures esse intelligantur: & plures omneis intelligi nõ videatur absurdũ: maxime quũ in subsequentibus dicat apertius, Sicut per vnius delictũ in omneis homines in condemnationem: ita & per vnius iustitiam in omneis homines ad iustificationem vitæ. Hactenus Orig qui tametsi opinionem illam de sententia supplenda videatur non admodum probare, non video tamen cur omnino debeat contemni: maxime quum & illa suppletio subaudiri, & simul etiam possit ab apostolo nõ expressa intelligi, ob causam illam quam ipse Orige. commemorauit. In secundo autem intelligẽdi modo, quo intelligitur compleri sententia in illo, Sed non sicut delictũ, ita & donum: Si enim vnius, &c. quia apostolus diu distulerat quod intendebat, tandem ad se rediens, & sensum potius spectans quàm aptam verborum compositionem, alia quadam loquẽdi facie, qua seipsum tacitè veluti corrigit, quod volebat persequutus est: quum alioqui sic apertius edixisset, Sicut inquam delictum, ita & donum. Sicut enim vnius delicto multi mortui sunt, ita multi vnius gratia ac dono viuificati sunt, &c. Sed apostolus amplius quid dicere voluit, vti liquet intuẽti quę sequuntur. Iam in eo quod dicitur, in quo, commodè subaudiri aliud non potest, quàm Adam, in quo

laben-

labente omnes simul homines peccarũt, eoq́ue vnius peccato omnes rei & mortales facti sunt. A.O.X.

Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo.) Peccatum autem non imputabatur quum lex non esset: sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem preuaricationis Adæ. Vt donem non omnino inepte Origenem eiusq́ue sequaces interpretari, dicentes illud, vsque ad legem, & item vsque ad Moysen, accipiendum esse, vsque ad legis Mosaicæ finem, hoc est vsque ad Christum: germanius tamen nonnihil videtur, si dicamus apostolum huc potissimum spectasse vt doceret peccatum originis, ab Adami etiamnũ tempore, tantisper viguisse, dum lex Mosaica promulgaretur, quo tempore non putabatur quisquã illi peccato reddi obnoxius, tum quod lex Mosaica peccati indicatiua necdũ prodita esset: nec voluisse ipsum dicere quòd peccatũ regnarit vsque ad Christum, vel quia id manifestum esset per legem: vel quia tum originale crimen expiaretur per circũcisionem, sicuti modo per aquam vitalem. Erat igitur peccatũ in mundo ab Adamo vsque ad Moysen, quanquam non imputaretur ante datam legem: sed mors ipsa regnãs, satis superq́ue id ipsum arguebat. Nec profecto mors vnquàm regnauisset, nisi peccatum illam produxisset. Quum autem perspicuum sit ex legis, (quę necdum erat) trãsgressione non extitisse peccatum, relinquitur Adæ fuisse preuaricationem, quæ mortem regnare fecerit, nõ solum in impios crimini obnoxios actuali: verũ etiam in eos qui nil propria voluntate, vt ille, deliquerũt, sed tantũ originalis ab illo peccati labẽ contraxerunt. Be. Amb. multis verbis adseuerans

A.

X.

In eos qui peccauerunt in si. Ꝑua. Adę.

rans legẽdum esse, etiã in eos qui peccauerunt in simi. pręua. Adę, abiecta videlicet negatiõe, hũc facit sensum. Nõ in omneis, inqt, mortẽ regnasse manifestũ est, quia non peccauerunt omnes in similitudinẽ pręuaricatiõis Adę. i. non omnes cõtempto Deo peccauerunt. i. neglecto Deo creatore seruierũt creaturę, deos sibi cõstituentes q̃s colerẽt ad iniuriã Dei Nã & Thara pater Abrahæ, & Nachor, & Labã, proprios deos sibi vendicabãt. Et peccatũ Adę non longè est ab idololatria. Pręuaricauit eñ, putãs se hominẽ, futurũ deũ. Aestimauit enim hoc magis profuturũ quod diabolus suasit, q̃ quod Deus iussit, in loco Dei diabolũ constituẽs, vnde & subiectus est diabolo. Similiter & hi trãsgresso Deo dũ creaturę seruiũt, peccant simili modo, nõ eodẽ, quia simili modo, solet habere aliqd dissimile. Hęc ille. Cũ quo in lectione etiã cõsentit & Orige. nisi quòd admoneat in nõnullis codicibus haberi lectionem nostram: et variè edisserit. Vide si plura cupis ipsius commentarios.

Qui est forma futuri.) Hoc est, typus & figura Chri, qui veteris legis tẽpore expectabatur vẽturus.

Sed nõ sicut delictum ita & donũ. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei.) Corrigit quodãmodo & simul etiã declarat q̃d p̃miserat Adã esse formã Christi: & (ni fallor) etiã tacitè, id q̃d in illo, Propterea sicut per vnũ ho. peccatũ intrauit in hunc mũ. & per peccatũ mors, inexpressum reliqt, nẽpe ita & per vnum hominẽ iustitia intrauit, & per iustitiã vita. Igit̃ nõ sine profunda arte dicendi (inqt Ori.) apost. formã Christi esse Adã posuit, quę sit per genus similis, per speciẽ cõtraria. Per genus nãq; similis

lis est forma in eo, q̃ sicut qd ab vno Adã in plures hoies diffunditur:ita qd et ab vno Christo in plures hoẽs diffundit. Per speciẽ vero cõtraria, q̃ ex Adã p̃uaricatione cępta peccatores constituti sunt multi, Chr̃i vero obediẽtia iusti cõstituunt multi. Hæc ille. Deinde quũ dicit multo magis gratia Dei & donũ, etc. ostẽdere vult & aliã dissimilitudinẽ, nimirũ Chri stũ lõgè esse potentiorẽ ad seruandũ q̃ Adã fuerit ad perdendũ: & grãm Christi lõgè esse efficaciorẽ ad cõ ferendã vitã, q̃ Adę trãsgressio ad inducendã mortẽ. Loquitur aũt de morte, nõ corporali, sed spirituali. Pręterea illud delictũ & donũ si respiciatur ad præce dẽs, qui est forma futuri, poterit per metonymiã acci pi denominãs positũ esse, p̃ denominato, vt sic resol uatur. Sed nõ sicut delinquẽs, ita donator. O.E. A. Abstractũ pro concreto.

Nã iudiciũ ex uno. Subaudiendũ nõ Adã sed pec- (cato.

Igitur sicut per unius delictũ in oẽis ho. in condẽ. sic et p̃ unius, etc.) Hoc pacto, aut alio cõsimili restituen dũ quod per anapodoton diminutum est. Sicut per vnius delictum mors pertransijt in omneis homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam gratia pertransit in oẽis hoies in iustificationẽ vitæ.

Lex subintrauit, ut abũdaret delict.) Vt cõsequutio nẽ hic dicit, nõ finẽ tanq̃ si dicat, Vbi subintrauit lex, abũdauit delictũ. Vel sic: Lex subintrauit vt abũdaret delicti cognitio: nã sine lege peccatũ nõ imputabat.

Ex Capite VI.

QVi enim mortui sumus pecc. Obiter admonẽ dũ peccato hic datiui esse casus. Vitijs inq̃t demortui, deinceps in eisdẽ viuere haud queunt.

Corpus pcc.) Vitã dicit impiã & scelerosã, q̃ veluti

corpus varijs constet impietatis partibus, & quod veluti corpus, morti & multis sit obnoxia calamitatibus.

Iustificatus est à peccato.) Hoc est, à peccando solutus ac liberatus est, ita vt non peccet, nisi velit.

Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel.) Quia peccato datiui casus est, iuxta illud sequẽs, viuentes autẽ deo: & illud, existimate vos mortuos quidem esse peccato: necesse est fateamur apostolũ de Christo, tanquàm de peccatore loqui, propterea quòd in Christi morte vetus homo, qui est peccator, demortuus atque extinctus sit. Illud etiam hìc adijciam, tametsi leuiculum sit, peccato demortuus est semel, sine commate medio complexim esse legendum: comma autem ante peccatum collocandum.

E.

Arma iniquitatis.) Et infra, arma iustitiæ, hoc est instrumenta iniquitatis & iustitiæ. Sed arma posuit propter metaphoram, qua pręmiserat, non regnet peccatum, &c.

Ly.

O.

Serui facti estis iustitiæ. Iustitiæ datiui casus est, tãquàm si quis iustitiam alloquens dicat: tibi factus sum seruus. Neque absque occulto diuini Spiritus consilio factum crediderim, quòd maluerit, serui facti sumus ipsi iustitiæ, quàm dicere, serui ipsius iustitię. Nam posterius hoc durius atque imperiosius quid, quàm illud pię se ferre videtur. Quum enim dico, seruus factus sum huic aut illi, obligationẽ quidem indico seruitutis, sed vltroneam illam et libere apprehensam. Quum vero dico, seruus factus sum huius aut illius: vel quum dico, suæ me seruituti subiecit,

coacta

coacta quædam captiuitas indicari videtur: quum Deus nobis imperare haud cupiat, nisi nosmet dulci ipsius imperio subijciamus, nostrapte sponte aut libera voluntate.

Liberi fuistis iustitiæ.) Hoc est, alieni fuistis à iustitia. Et hic item iustitiæ datiui casus est.

Stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei vita æterna.) Pro stipẽdio seu mercede peccati, quasi ex debito meritoq́ prauæ actionis mors reponenda est: vita autem perennis non vt stipendium, aut ex condigno debita merces reddenda est pro iustitia, sed secundum gratiam & gratuitam liberalitatem Dei. Scito etiam gratia in cõtextu nominatiui esse casus: veluti si dixisset, donũ dei vita est æterna.

Ex capite VII.

V*T sitis alterius qui ex mortuis resurrexit.*) Alterius sup. viri, nimirum Christi, qui ex mortuis resurrexit: eoque & viuit, & vltra mortem non recipit. O.

Cum enim essemus in carne, paßiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in mẽbris nostris.) Hæc non paulo dilucidius extulit be. Amb. ita scribẽs: Cum enim essemus in carne, vitia peccatorum quæ per legem ostenduntur, operabantur in membris nostris, &cæt. addens præterea ante fidem in carne nos fuisse, quia carnales eramus, & quia carnaleis sensus sequentes vitijs & peccatis subiacebamus, vt ipsius dicam verbis. X. X.n.

Soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur.) Duplicem inuenio huius loci scripturã, Amb. enim n.

idem habet quod nos. Chry. vero id legiſſe videtur quod eſt in exemplaribus græcis, quæ ſic habent. Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, quæ ad verbum reddita ſic reſonāt: nunc autē liberati ſumus à lege moriētes, in qua detinebamur. Orig ſiue ipſius interpres, admonet in quibuſdā ſcriptū fuiſſe, à lege mortis in qua detinebamur, ſed verius & rectius eſſe, à lege, in qua mortui detinebamur: ſic enī vertit ipſe Hie. Legē mortis, legē dicit Moſaicā: punit enim atq; occidit peccantes, ad ſeruandum & remittenda peccata impotens.

Occaſione autem accepta peccatum per mādatum operatum eſt in me om. concup. Per ſeſe vtcunque facilia ſunt, faciliora tamen ſi ita cōſtruantur. Peccatū accepta occaſione per mandatū operatū eſt in me omnem concupiſcentiā. Peccatum autem in pręſenti loco iuxta nonnullos eſt iners quædā & corrupta in homine voluptas. Iuxta alios vero dęmō ipſe: ur ſus iuxta alios quoſdā innatum voluptatis ſtudium peccati vocabulo deſignatur. Vnde quidam ex recentioribus non ineptè tali locum hunc explicuit paraphraſi. Verum Adam ille noſter vetus & voluptuarius, peccati animus, inhibitione legis irritatior factus, vt ſuopte genio nititur in vetitū, vim ſuam A. cœpit exercere, dum rei vetitæ deſiderio furit ardentius atque inſanit.

Ego autem uiuebam ſine lege aliquando.) Peccatoris in ſe perſonam dicendi gratia tranſtulit apoſtolus, dum hæc & quæ ſequuntur eloquitur. Quid eſt enim, ſine lege viuebam, niſi, vt libebat viuebam, Dei abiecto timore, quaſi impunè liceret quicquid libe-

liberet: tanquàm Deus non esset iudicaturus actus humanos? Vide Hic. ad Alga quæs.8.

Quum uenisset mandatū peccatum reuixit: ego autem mortuus sum.) Peccatum inquit quod aliquādo non esse, eoq; mortuum videbatur, adueniente lege quodāmodo reuixit: atq; ita ego peccator ob mea maleficia morte dignus, atq; adeo mortuus quodāmodo declaratus sum.

Et inuentū est mihi mādatum, quod erat ad uitam, hoc esse ad mortē.) Sensus est. Eadē lex quę obtemperāti tradita est ad vitam parandam, inuenta est mihi peccanti cedere in mortem.

Nam peccatū occasione acce. per mā.) Peccati vocabulum non aliud hic indicat quàm supra vbi dictū est, peccatum per mandatum, nempe ipsum qui in nobis est peccati fomitem, seu pronitatem.

Sed peccatum ut appareat peccatū, per bonum operatum est mihi mortem.) Quod dicitur, eiusmodi est. Vt ostēdatur q̄ sit res iniqua & mala peccatum, siue impetus ille animi corruptus, & ad malū semper sollicitans, legis bonę occasione (id eīn est per bonum) id ipsum peccatum operatum est mihi mortem.

Vt fiat supra modum peccans peccatum.) Hoc est, vt euidēs sit quàm perniciosum, quàm graue, quàm scelestum sit ipsum peccatum.

Ego autem carnalis sum, uenūdtaus sub peccato.) Aduerte q̄d apostolus (sicuti supra admonuimus) dum dicit, ego carnalis sum venundatus sub pec. & cętera quæ sequuntur, tanq̄ doctor ecclesiæ personā in se recipiat infirmorū. Ea eīn loquit̄ quę illis loqui moris est, vel excusationis vel obtētu accusationis.

Ait ergo, ego carnalis sum,&c.hoc est,dũ carnis vitijs obsequundo viuo secundum carnem: & in peccati potestatem libidinis & concupiscentiæ precio sum redactus.

*Quod enim operor non intelligo.*Non enim *quod uolo bonum hoc ago: sed quod odi malum illud facio.*) Quod operor,inquit,non intelligo, id est, tenebris quibusdam obuoluor,& violentiam patior, vt ignorem quomodo subuertar. Vel non intelligo & ignoro,id est,nõ approbo, iuxta Augustinũ. Non enim bonũ quod secundum rectæ rationis dictamen volo & expeto, illud operor, sed quod secundum veritatem malum est,& quod vt malũ dictante ratione odi,hoc facio, deuictus videlicet violentia cupiditatis. Loquitur autem hæc in persona peccatoris, sed eius qui iam cœperit bona requirere, nondum tamen potuerit operibus exequi.

A.l.ad Simpl.1.q̃∫.1.

O.

Si autem quod nolo,illud facio.)Si quod per rationem nolo ac detestor,illud idẽ propter solicitãtem animi cupiditatem exequar, adsentior haud dubiè legi quod bona sit, quippe, quę ea vetuerit quæ ipse recto animi iudicio damno.

Vide Aug. vbi supra.

Nunc iam non ego operor illud.)Nimirũ malum illud quod odi:sed quod inhabitat in me peccatũ,q̃ est portio illa in me crassior, & procliuitas ad mala.

Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniã mihi malũ adiacet.Cõdelector enim legi, &c.) Origenes admonet hunc sermonem parum constare, dicitq́; tali quodam ordine legi debere. Igitur quia malum mihi adiacet,volens facere bonum inuenio legẽ Dei,& condelector ei secundũ interiorẽ hominem.

hominem. Theo. duobus modis alijs sermonis incommodo occurrit, ita scribēs: Obscurè dictum, inquit, quasi aliquid desit. Sic enim dici oportuit: Inuenio ergo legem fauentem volenti quidem mihi bonum facere, non autem facienti, quoniam mihi adiacet malum. Est & aliorum eiusmodi in ea re sententia: primum quòd imperfecta sit hæc & manca oratio, deinde quòd cōstrui hoc pacto possit: Inuenio autem legem nemini alteri esse impositā, nisi mihi bonum facere volenti. Siquidem soli dūtaxat recta agere cupienti hæc erit in legem, vtpote quæ idem sentiat quod ipse cupiat, vt in sequētibus patet. Hæc ille. Fortasse & hoc pacto legi poterit: Inuenio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adiūctum sit. Hoc est: Comperio legem si quādo coner facere bonum, hoc efficere in me, vt intelligam peccandi maliꝗ fontem in meipso esse, non in lege. Hic tamen (ne quid interim dissimulē) duriusculum videtur quòd accusatiuum legem, prę- n.
posita particula per, instrumentalem faciam. Sed videamus an possemus & eloquutiōis integritatem, & simul etiam sensum, vt præcedentibus simpliciorem, ita fortasse etiam germaniorem commonstrare. Quod vt fiat, necesse est intelligas, duo hęc verba, inuenio & facere, mutuo sibi iungi debere, & posterius iuxta cōstructionem regi à priore: deinde clausulam, volenti mihi, respicere non ad id quod sequitur, facere bonum, sed in ea subintelligi vocabulum, bonum: idꝗ vel ex pręcedentibus, vbi de voluntate ad bonum dictum est, non enim quod volo bonū illud ago: vel certè ex eo quod hic semel positū est, in volēti secūdo subintelligi oportere. Atꝗ hoc pa-

ėto talis erit ſententia. Mihi iuxta partem animi pͤtiorem volenti bonum, legem inuenio facere bonum, id eſt, deprehendo, quòd ipſa bonũ faciat: porro quod ad partem animi craſsiorem attinet, ſcio, mihi malum adiacet. Hanc poſtremam interpretationem arbitrabar quidem cuiq; facturam ſatis: volui tamen & aliorum proferre ſententias, vt lector eruditior eam ſibi eligat quam ſuo maximè palato ſenſerit placere. Hanc eandem ſententiam videtur habere & indicare Theo. in acceptione illa priore, niſi quod tam craſsè non exprimat.

De corpore mortis.) Corpus mortis ſecundum Amb. vocat omnia peccata: ſecundum alios corpus obnoxium affectibus peccandi. Vel corpus mortis vocat carnem noſtram mortalem.

Gratia dei per Ie. Chri. Pro duplici loci huius lectione duplex ſubeſt & intelligentia. Si gratia dei legamus, vt habent omnia propemodum exemplaria latinorum, reſponſio erit ad quæſtionem præcedentem, quis me liberabit de corpore hoc mortis, cui apte reſpondetur, Gratia Dei me liberabit, non natura, non lex Moſaica, non ſola operum fiducia. Atq; ita hoc in perſona hominis imperfecti, quemadmodum & præcedentia, prolatum intelligitur. Si vero legamus εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, gratias ago deo, vt græca fere omnia habent: vel χάρις τῷ θεῷ, gratia deo, quod idem ſignat, ſermo erit oſtendentis per quem liberatus ſit, nẽpe per Deum cui gratias agit. Atq; ita conueniet, accipiamus hoc in ſua ipſius perſona protuliſſe apoſtolum.

Ex

Ex capite VIII.

LEx enim spiritus uitæ in Chr. Ie. liberauit me à lege peccati & mortis.) Legem spiritus vitæ appellat legem spiritualem, scilicet fidei, quæ veram largitur vitam. Vel legem Spiritus, ipsum Spiritum sanctum dicit, sicuti legem peccati ipsum peccatum. Vitæ autem legem eo intulit, vt hanc à Mosi lege secerneret, quæ & ipsa spiritualis est, quia prohibet peccare, non tamen vitæ, quia delicta condonare nequit. Cæterum lex peccati, quam dicit habitare in membris nostris, fomes est malarum concupiscentiarum. Lex vero mortis, lex Mosi est, quia morti ad dicit delinquentes. Nam & in alia epistola ita scribit: Si ministratio mortis, formata in lapidibus fuit in gloria. Nec mirum videri debet, si eadem lex & spiritualis dicatur, & mortis, quum & euangelium simili modo aliis odor vitæ sit ad vitam, aliis contra odor mortis ad mortem. Præterea quòd dicit, à lege peccati & mortis, simplicissimum erit vt dicamus idem valere quasi dixerit, à peccato, & à morte.

O. A. 2. Cor. 3 2 Cor. 2

Nam quod impoßibile erat legi (uel legis, iuxta græcos) in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui secũdum carnem ambu.) Ordo & sensus verborum hic est: Deus Pater misso Filio sub similitudine carnis peccatricis, damnauit, destruxit, & antiquauit id quod in lege nobis

n.

nobis erat seruatu propemodum impossibile, nempè crassam illam legis & carnalem obseruationem: iuxta quam inefficax erat atque inualida, propter carnem, hoc est, carnalem intelligentiam. Nec hoc solum. Quin & de peccato, (vel vt alijs placet, pro peccato) id est, per hostiam sui corporis, quam obtulit expiãdo peccato, damnauit peccatum in carne, hoc est, fomitem in nostra carne vigentem. Vel damnauit ac sustulit peccatum mundi, scilicet in carne, hoc est, per carnem. Quod autem in hac expositione bis repetam, damnauit, facit primum quidem articulus τὸ γὰρ ἀδύνατον, deinde etiam & copula, & de peccato, quæ alioqui esset otiosa: etiamsi non ignorem hanc dissimulari ab Ambrosio. Poterit & hæc adsignari intelligẽtia. Verè lex spiritus vitæ liberauit me
G.in. à lege peccati & mortis. Nam quod legi erat impossibile, de peccato videlicet damnare peccatum per carnaléis suas obseruationes: in quo vtique præstãdo, nempè in damnando & abolendo peccato ad iustificationem, lex ipsa (tametsi aliâs efficax) infirmabatur & impotẽs erat, Deus Pater mittens Filiũ suum, etiam de peccato, hoc est, ex Christo quodãmodo peccatore, vel de peccato, hoc est, per Christũ, prout factus est hostia pro peccato, dãnauit ac deleuit peccatum totius mundi, in carnis Christi mortalitate ac passione, vt iustitia, quam lex promittebat, nec præstare poterat, impleretur in nobis. Hoc sensu totum illud, quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, per parenthesin interiectum, intelligendum est. Hic etiam animaduertendum hostias quę in veteri lege pro peccatis offerebantur, peccati
D.Aug. nomine appellari, atque hinc iuxta quosdam Apostolum

lum dixisse,& de peccato damnauit pec. Vide Paulinum epi.ad Amandum II. O. Aug.

Corpus quidem mortuum est.) Crassiorem nostri partem, siue peccati fomitem, corpus hic nominat. Tractat hunc sermonem Mag. Sentent. libro 2. dist. 19. & mortuum est, interpretatur, necessitatem moriendi in se habet.

Si tamen compatimur.) εἴπερ συμπάσχομεν, Id est, siquidem simul patimur æmulatores effecti afflictionum Christi: vel etiam condolescimus & cõpatimur. Am.

Vanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eũ qui subiecit eã.) Corruptibilis, inqt, reddita est hęc mũdi machina. Quid enim est in quo vanitati subiecta est, nisi quia quę generat infirma sunt, mortalia & fluxa, ac per hoc etiam vana? Attamen non sponte: quemadmodum dum creatura ipsa aliud ex alio propagans, indiuiduis vicissim cadentibus ac renascentibus speciem suam tuetur ne prorsus intercidat, non sponte sese testatur corruptioni subiectam, sed coactè quodãmodo per suum creatorem Deũ, qui illam ei corruptionis seruituti subiecit. Alij malunt de creatura tantum rationali, puta angelica & humana hæc intelligere: quæ propriè dici potest expectare reuelationem filiorum Dei, vti supra dixit apostolus. Nam & angeli quum administratorij sint spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatẽ capient salutis, vanitati cuidam et seruituti corruptionis, hoc est seruituti hominum corruptibili & abolendæ, vel seruituti corruptionis humanæ subiecti sunt, à qua tandem asserendi sunt Am. E. O.Hi. Heb.1.d. O.

in libertatem.

In spe, quia & ipsa crea.) Subiecta est, inquit, nō ea ratione, vt perpetuò permaneret seruituti obnoxia: sed cum spe hac, quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute, &c.

Adoptionem filiorum Dei, *expectantes redemptionem corporis.)* Suspicor exēplaria hic olim variasse: nam huius clausulæ, adoptionem filiorum Dei, quę Græcis vnica vox est, ὑοθεσία, neq; Ambrosius gręcanicæ lectionis studiosissimus æmulator vllam facit mētionem, neq; Sedulius, neq; Primasius. Atqui duriuscule cohæret cæteris, nisi aut subintelligamus copulam &, aut adoptionem appositiuè cum redemptionem nectamus. Redemptionem corporis, dicit liberationem ab ipsius corporis incommodis.

Quis est qui condemnet?) De germana horū & sequentium verborum pronunciatione in Epanorthora dicemus.

Ex capite IX.

Hie. in epi. ad Alg. q̄. 9 O*Ptabam enim ego ipse anathema esse.)* Hoc est, occidi in corpore, vt fusius docet Hiero.

Obsequium.) Ne vocis tibi imponat ambiguitas, græce est λατρεία, id est, cultus diuinus, seruitus, & religio.

Non autem quod exciderit uerbum Dei.) Neque hactenus contristatus sum, inquit, neq; eò peruenit fratrum meorum Iudęorum, de quibus conqueror, impietas, vt credam excidisse verbum, hoc est, pollicitationem Dei. Scio nanque non omneis ex Israel progenitos, veros esse Israelitas, hoc est, fidei filios.

Non

Non solùm autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri, &c.) Nec Sara tantum promissionis promeruit elogium de filio qui verus esset hæres futurus, paternæq; fidei successor, quinimo & Rebecca, quæ ex vno patris nostri Isaac congressu, hoc est, ex vno thoro, imò (teste Augustino) eodem etiam tempore geminos concepit: vel, vt ad id quod græcè est respiciamus, quę ex vno Isaac patre nostro cubile siue concubitum habuit, id est, concepit. Quum enim nondum nati essent, neque boni quippiam maliúe perpetrassent, erga Iaacob diuina habetur electio, & dicitur, quia maior seruiet minori: &, Iaacob dilexi, Esau autem odio habui. Quur autem ita, docet, quum subdit: Vt secundum electionem propositũ Dei maneret. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est: hoc est, vt non qui filiȷ carnis, sed qui filiȷ Dei sunt, deputentur in semen. Adhæc quo dilucidior sit verborum series, & hyperbasi medeatur, poteris quædam velut per occasionem interiecta parenthesi includere, ad hunc modum: Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri (quũ enim nondum nati fuissent, &c. vocante Deo) dictum est ei, quia maior seruiet minori. Illud adiȷciam, quum pro, ex vno concubitu habens Isaac patris nostri, Græcis sit (vt sanè nostri temporis habent codices) ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, præter dictam illam expositionem, etiam hoc sensu isthuc accipi posse: Sicut in vno filio Abrahæ, è Sara nato, ita quoque in vno, siue ex vno filio Isaac, quem genuit Rebecca,

A. epist. ad Sixtum.

n.

O.

non

non in vel de ambobus facta est promiſsio: vt græca transferantur hoc pacto: ſed & Rebecca ex vno, patris noſtri Iſaac concubitum habuiſſet: (nondum enim natis pueris, quum neq; boni quippiam feciſſent, neq; mali, &c.) dictum eſt illi, maior ſeruiet minori. Qui ſublimiorem deſiderat huius loci enarrationem, videat Aug. lib. ad Simp. 1. quæſ. ij.

Secundum hoc tempus.) Pro hoc eodẽ tempore.

Quid adhuc queritur.) A queror, pro conqueritur, & ſubaudiendum Deus. Græcum autem vocabulum μέμφομαι, non modo conqueror, verumetiã apprehendo, incuſo, indignor, & abijcio declarat.

Quòd ſi Deus uolens oſtendere, &c.) Vt ſermo nihil habeat imperfecti, docet Origenes illud quòd ſi, tanquàm vagum relinqui debere. Ego tamen ſuſpicor græcam particulam εἰ δὲ pro εἶπερ, id eſt, atqui, certè, vel pro διότι. i. ſiquidem, vel quia, poſitam eſſe.
L. Nam εἰ pro διότι & ὅτι, hoc eſt, ſi pro ſiquidem, in ſacris Biblijs non eſt infrequẽs. Hæc ſi forte haud magnopere tibi placẽt, poſt illa verba, quæ præparauit
E. in gloriam, aliquid ſubaudias oportet: veluti, quid eſt quod incuſent? vel, non eſt quod querantur. Au-
A. lib. ad Simpli. guſt. legens: Si deus volens, &c. ex præcedẽtibus ſub intelligendum tradit, tu quis es qui reſpõdeas Deo?

Quos & uocauit nos, non ſolùm ex Iudæis, &c.) Tantundem valet ac ſi dicas: Quemadmodum, vel cuiuſmodi, nempe vaſa miſericordiæ, vocauit nos etiam ex Gentibus, nedum ex Iudæis.

Pro Iſraël.) ὑπὲρ, ſuper Iſraël.

Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet Do. ſuper terram.)

Primum

Primum aduerte τὸ verbum esse accu. casus, regiq; à consummans & abbreuians. Ipse autem consummans, hoc est, absoluens & implens, atq; in cōpendium redigens Deus est: qui per Christum missum in terram verbū breue fecit, dum vniuersam legem omneisq; prophetas in euangelio salutis duobus cō plexus est pręceptis charitatis. Ostendit autem apo. his verbis quando reliquiæ illæ, hoc est pauci illi electi ex Israel sint saluandi: erit nanq; quādo verbum faciet Dominus breuiatum in iustitia & æquitate super terram. X.

Et sicut dixit Esa. nisi Dominus sabaoth reli. no. se. q. Sod.) Semen hoc vnicè relictum ad conseruationem reparationemq; generis humani Christus Dominus est, cum eo omnes electi, qui verè sunt Abrahę semen, cui promissa donantur munera. Quod ni seruatum vel in hoc vsq; seculum esset, non secus atque Sodoma periissemus & periremus omnes.

Lapidem offensionis & petram scandali.) Christum significat, Iudęis quidem scandalum, gentibus autem stultitiā. Testimonij textura partim ex Iesa. c. 28. partim ex eiusdem ca. 8. desumpta est. 1. Cor. 1. d.

Ex capite X.

PRo illis.) Nimirum Iudæis fratribus in incredulitate persistentibus.

Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendit in cœlum? Id est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? Hoc est Christum à mortuis reuocare.) Animaduertendum, quòd Apo. ostendere volens qualis sit iustitia fidei,

quantum distet à iustitia legis, ad hæc q̃ facilis sit ad illã accessus, ad hoc ipsum Mosi verba accõmodat, quibus & ipse hortabatur populũ, vt Dei legem seruandam incontanter susciperet. Quod ergo dicitur hũc habet sensum: Vera fidei iustitia dicit, docet atq; hortatur, ne diffidẽs aut hæsitabundus tuo cum animo disceptes, aut ita in corde perconteris: quis in ipsum conscendit cœlum, qui illinc Christum descendere faciat nostris hisce exhibendũ obtutibus, vt tali in fide solidemur argumẽto: aut quis ad inferorum abyssum demissus est, qui Chr̄m nobis illinc producat, probetq; certo argumento captiuis animis per ipsum redẽptis gloriose resurrexisse? Tanq̃ si dicat: Iustitia hoĩs quę fide constat, nõ ita porrò eff lagitat experimenta veritatis: quin potius in animo fidei oculis rem ipsam lucide cernit, quisquis syncere credit.

Propè est uerbum.) Id est, apud te est & esse debet fidei verbũ, nempè in ore atq; in corde tuo. Cæterũ hæc ferè verba scripta sunt Deut. 30. vbi ita legimus: Mandatũ quod ego præcipio hodie, nõ supra te est, neq; procul positũ, nec in cœlo sitũ, vt possis dicere: Quis nostrum valet in cœlum ascẽdere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, atq; opere cõpleamus: neq; trans mare positũ, vt causeris & dicas: Quis è nobis poterit mare trãsfretare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire & facere quod præceptũ est: sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quæ de Moysi lege siue mandato Dei scripta, Apostolus ad Christum, vt diximus, accommodat, atq; ob id quasi interpretandó de suo interserit, id est Christum deducere; &, hoc est Christum à mortuis reuocare.

Sicut

Sicut scriptum est, quàm speciosi pedes euangeli.) Quòd mittēdi, inquit, essent eiusmodi pręcones, Iesaiæ probat vaticiniū, ita prænunciantis: Quàm speciosi pe. &c. Hoc est, supra modum gratus erit aduētus annunciantium pacem & prospera. Quod autē hoc ipsum in Apostolis alijsq́ pręconibus euāg. impletum sit, ex ijs quæ annunciarunt, perspicuum fit.

Auditui nostro. Hoc est (vt Amb. & Scholiastes apud Hier. cęteris exactiùs edisserūt) quæ audiuimus abs te & loquimur: vel quod nos à te vt alijs annūciaremus, audiuimus. Eras. interpretatur sermonibus nostris, & sermoni qui auditur, verū id propriè neq́ vox gręca, neq́ q̄ est apud Iesa. vox hebręa admittit. Reclamat itē eadē vox semel atq́ iterū hic repetita, vt interim sileam itidem apud nullū inueniri veterū. B. ἀκοῇ. שמוע

Primus enim Moys.) Hic enim inter omēs veteris Testamenti vates tēpore primus fuit: vel primus seu prior dicitur respectu Iesaiæ, quem mox citat.

Ego ad æmulationē uos adducā in non gentem, in gentem insipientem, in iram uos mittam.) Principio aduerte illud, ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ, bifariam accipi posse: vt significet Iudæos, vel cōmouendos ira atq́ inuidia aduersus gentes, quas ipsi ꝓ insipientibus habent: vel concitandos irritandosq́ per gentes insipiētes, propter susceptam ab his fidē. Priorem sententiam noster sequutus est Interpres, iuxta quem summa rei hæc est, Ego Dominus ad vltionem vestræ infidelitatis, prouocari vos sinā, atq́ induci in æmulationē, odium atq́ inuidiā aduersus eiusmodi populū qui vobis nihili, & gens fuit stulta reputata: quandoquidem illos conspicietis diuinis

muneribus ac beneficijs vobis promissis honorari. Quo fiet vt maiorem quoq; in modum aduersus illos irritemini: nisi fortè illos æmulemini in bonum, eandem ipsorum fidem imitantes.

Audet & dicit.) Hoc est, audenter dicit.

Ex Capite XI.

IN *Elia quid dicit scriptura, quemadmodũ interpellat Deum aduersus Israël?*) In Elia, pro de Elia dictum apparet. Cui placebit historiã euoluere, locus est 3. Reg. 19. vbi de Elia propheta scribitur, quod Dominum obsecrãs de Iudæorũ impietate conquestus sit.

Si autẽ gratia, iam nõ ex operibus.) Quòd si, inquit, reliquæ aliquot χάριτι, id est, per gratiam & gratuitã Dei benignitatẽ seruatæ sunt, ergo nõ ex operibus quę iuxta legis præscriptionem fiunt. Opera enĩ (inquit Origenes) quæ Paulus repudiat, & frequenter vituperat, non sunt iustitiæ quę mandantur in lege: sed ea in quibus hi qui secundũ carnem custodiunt, gloriantur. i. vel circumcisio carnis, vel sacrificiorum ritus, vel obseruatio sabbathorum & neomeniarũ.

Electio autem consequuta est.) Phrasis est Hebraica, pro, electi autem consequuti sunt quod Israelitæ
A.X. per obseruationem legis quærebant, nempè iustitiã & fauorem diuinum.

Sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis.) Dedit, id est, vt haberent, permisit, animum quendam asperum ac refractariũ, & compungentem. Chrysost. compunctionẽ hic dicit esse habitum quendã animæ ad id quod peius est, immedicabiliter & immutabiliter se habentẽ, iuxta illud: Vt

psallat

psallat tibi gloria mea, & non compungar: hoc est, inquit, nõ mutabor, non desistã. Et subiungit: Quẽadmodum enim is qui in pietate cõpungitur, non facile in aliud trãsfertur: sic & qui in malitia compũgitur, non facile immutatur. Compungi siquidẽ nihil aliud est, quàm quasi incusso clauo ad aliquid infigi, solideq́ꝫ compingi. Hactenus ille. Huius sermonis sensum habes apud Iesaiam cap. 6.

Dorsum eorum semper incur. Vel per molestissima Mosaicę legis onera: vel per terrenarũ rerũ ambitionem & solicitudinem, quibus miseri incuruẽtur.

Nunquid sic offenderũt, ut cad. Tanq̃ si dicat: Nũ facinus commisere prorsus insanabile, sicuti Lucifer ille, qui de cœlo corruit: aut ita propter improbitatẽ suam cęcati sunt Iudęi, vt omninò reparari nequeãt? Haudquaq̃ inquit. Conuertentur enim suo tẽpore, alij quidẽ citius, alij serius. & si nõ prius, certè in fine seculi. Quum intrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Israel saluus fiet. Hoc sensu edisserunt ferè explanatores. Verùm mea sententia accõmodatius ad cõtinentiam contextus Aposto. fuerit, si hoc pacto exponamus. Ita ne deliquerũt Iudęi, vt nil inde sequeretur nisi ipsorũ casus atq; interitus, nullo ipsorũ neque aliorum fructu? Absit vt hoc Deus patiat, qui nihil non vertere potest in bonũ. Reipsa enĩ declaraturus est & declarat, Iudęos nõ frustra cecidisse. Quandoquidem horum peruicacia & incredulitas primũ quidem occasionẽ dedit gentibus amplectendæ fidei: deinde & hoc attulit fructus, quòd ipsi horum exemplo stimulati, ad conuersionẽ prouocati sint. Id quod Apostolus manifestat, dum subiungit:

Iesa. 14. d

A. X.

Infra.

Sed illorũ delicto, salus est gẽtib. ut illos æmulẽtur.

Quantum ad posteriorem huius sermonis partem, aduertendum duplicẽ ex archetypo colligi posse intelligentiam, iuxta duplicẽ constructionem, bināq; vocis παραζηλῶ acceptionẽ: quæ frequentius quidẽ ad æmulationẽ prouoco signat: atq; ita actus verbi infiniti, eoq; impersonalis παραζηλῶσαι hic ad Deũ pertinebit: interdum verò simpliciter æmulor declarat. Alterã noster extulit Interpres, quę tñ id habet incommodi, quòd neq; græcis neq; latinis demonstratiuum, illos, in genere cũ suo conueniat demonstrato, nempè gẽtes. Verum id incõmodi (vt Interpretis & sensui patrocinemur, & occurramus incongruitati) leuius fit, si memineris primum quidẽ scripturæ consuetudinem nonnunq̃ voces mutuo cõnectere iuxta rerum significãtiam potius q̃ iuxta rationem grammaticam, (id quod pro gręco hic contextu dictum sit) deinde etiã gentis vocabulũ (vti tum aliâs tum Lucę xxij. docuimus) pasśim in scriptura in genere vsurpari masculino: vt pro illos vtrobiq; gentes demonstrare hic posśit, hoc est gentileis populos. Altera nil habens incommodi, & ob id magis probata, hæc est: Propter obstinationem & cęcitatem Iudæorum salus data est gentibus, vt hoc pacto Deus Iudęos extimularet ad æmulationem, dum donum salutis, quod ipsis debebatur, videbãt conferri gentibus, atq; ita æmulatione quadã accensi, gẽtiles ipsos quos veluti pro canibus habebant, imitarentur.

Quòd si delictũ eorum diuitiæ sunt mundi, & dim. eorum diuitiæ gentium, quanto mag. &c.) Si cum offendisśent Iudæi tam multis peperere salutẽ, vt ipsis eiectis

electis admissæ sint gentes, & illorũ peccatum diuitiarũ loco cesserit gentibus, quãto magis plenitudo ipsorũ. i. quũ & ipsi salutẽ fuerint pœnitẽdo adepti.

Carnem meam.) Hoc est, Iudæos carnę & sanguine mihi propinquos.

Si enim amiß. eorũ recon. est mũdi, quæ aßumptio, nisi uita ex mor.) Quòd si, inquit, Israeliticę gentis propter incredulitatẽ abiectio, seu amissio, reconciliationẽ peperit mundo, quantũ putas tum mũdus ipse consequet, qñ etiam dictã gentẽ adsumi & recõciliari Deo cõtinget? Et quod nã illud sit, q̃ tunc mũdus donabit bono, ostendit dicẽs, vita ex mortuis, hoc ẽ eiusmodi adsumptio, è mortuis faciet viuos, in pręsenti quidẽ vita grãæ, in futuro aũt vita glorię. Vel aliàs, Vita ex mortuis dicẽs, nihil nõ bonorũ obuenturum indicat, quũ hęc adsumptio fuerit adimpleta. O. O.

Quòd si delibatio sancta, & massa.) Quod hic dicitur delibatio, grę̀cè est ἀπαρχὴ, quę vox variè hic à diuersis interpretatur. Nam alius hãc pro fermento, alius pro frumẽto ipso vnde cõspersio desumit, alius pro delibatione, alius pro primitijs, alius deniq; pro decimis accipiendã putat. Verum hæ omnes interpretationes in idem ferè recidunt, dum cõstat id voluisse Apost. vt ostenderet, illud non posse esse non bonũ, à quo pars quæpiã suã naturã atq; originẽ trahẽs, retinẽsq; similitudinẽ, bona esse cõprobat. Vt si primitiæ sanctę ac bonę, si rami sancti, proculdubio & fruges reliquæ, & radix. Itaq; si Patriarchæ ac Prophetę, cæteriq; Iudæorũ patres iusti ac fideles inuẽti sunt, quur nõ idẽ de ipsorũ posteris sperandũ? Cæterũ delibatio à delibãdo. i. sacrificãdo vel deguitãdo

 dicta,

dicta, est pars quępiam à massa desumpta. Massa aūt cuiusq; rei congeriem vel pondus signat.

Quum oleaster esses.) Oleaster & ἀγριέλαιος, olea est agrestis seu syluestris.

Quòd si gloriaris, non tu radicē portas, sed radix te. Si gloriaris, inquit, ò gētilis, & animo extolleris, memineris te haud esse radicē, nec radicem portari à te: quum contra radix ipsa te veluti surculum quēdam alienum sibi insertum sustineat confoueatq;.

Noli altum sapere. Ne efferaris, ne cristas tollas, ne superbias.

Hoc illis à me testamentum. Testamentum hoc lo-
Iesa. 56. co, vt apud Iesa cęteri omnes pręter Septuaginta verterunt, fœdus potius & pactum declarat. Et August. lib. de loquut. Gen. primo admonet hanc vocem frequenter in scriptura pro pacto poni.

Secundum euangelium quidē inimici, propter uos: secundum electionem autē charißimi propter patres. Occasione repudiati euangelij Iudęi facti sunt Deo inimici: sed hoc ipsum gētibus cessit in bonū, quippe quę post hoc pręedicatum sibi euāgelium amplexæ
O.E. sunt. Quod verò ad electiōem & honorificentiā attinet maiorum vnde prognati sunt, eorum commendatione Deo chari sunt.

Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio Dei. Loco duorum verborum, sine pœnitentia, Græcis est ἀμεταμέλητα, dictio adiectiua, sonans idem quasi
Au. dicas, impœnitibilia vel impœnitenda. Quandoquidem Dei dona atq; vocatio eiusmodi sunt, vt Deū donantem & vocātem haud vnq̃ eorum possit pœnitere. Hęc sententia patronos habet Augusti. atq;

Orige-

Origenē, quibus consentit & Sedulij Collectaneū. Ambrosius tamen aliam commonstrat intelligentiam, pœnitentiam ad homines referens, his verbis: Verum est, quia gratia Dei in baptismate non quę-rit gemitum, aut planctū, aut opus aliquod: nisi solā ex corde professionē. Postq́ alia subdit: Donum em̄ Dei gratis donat peccata in baptismo. Huic cōsonat & Paulin. in epis. ad Seuer. v. & item ad Macha.

Misericordiā consequuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in uestrā misericordiam, ut & ipsi misericordiā consequātur.) Datiui græci τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, & τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ambiguitatem nobis, & sensus pariunt diuersitatem. At nos qui compendio (quatenus ipsa res patitur) studemus, varios acceptionū modos prętereuntes, ne ambagibus remoremur legētem, veteris nostræ æditionis sententiā, vtpote Paulinæ mēti n.
magis consentaneā, probatissimis quoq; autoribus receptam, alijs verbis aperiemus. Quemadmodum vos, inquit, gentiles olim increduli & repugnantes fuistis his quibus eloquia Dei concredita fuerunt, nunc autem misericordiā adepti estis, occasione incredulitatis & obstinationis Iudæorum: ita & hi Iudæi vicissim misericordiæ & gratiæ euāgelicæ vobis præstitæ credere renuunt, vt & ipsi tandē quum sua sese intellexerint spe frustrari, resipiscētes, vnâ vobiscum misericordiam assequantur.

Conclusit enim Deus omnia in incredulitate.) Hoc est, in incredulitate siue inobediētia (vt unq; em̄ ἀπείθεια declarat) omneis conclusos fuisse demōstrauit.

O' altitudo diuitiarum, sap.) Altitudo æquiuocū

est, ad sublimitatem & profunditatem. Vtrunque bellè quadrat in diuitiarum, sapientiæ pariter & sciētiæ inscrutabilitatē, tametsi βάθος non perinde euidenter vtrumlibet complecti videatur. Illud opinor nō est opus admoneā, sapiētiæ verbum Græcis & copula seiunctum esse, à diuitiarum: presertim, quū videā absque copula probū eque ac probatū haberi sensum.

Inuestigabiles.) Ex vulgi opinor consuetudine pro ininuestigabiles posuit: nam græcè ἀνεξιχνίαστοι .i. inscrutabiles. Simile est & illud ad Ephe. 3. inuestigabileis diuitias Christi. Rursus illud ad Hebreos v. Grandis sermo & interpretabilis ad dicendum. Eadem voce vtitur & Tertull. & Hesichius.

Libr. cōtra Mar. v. Hes. in Le. cap. xxiij.

Ex capite XII.

R*ationabile obsequium uestrum.*) Obsequium hic sicut & aliâs cultū dicit: qui quoniā olim in pecudum mortuorū corporibus cōsistebat, idem nūc in rationalis hominis viuo corpore offerri precipitur: vt corpora magis nostra, q̄ brutorum fiāt pecudum sacrificiū Deo, & in sacris locētur altaribus. Etenim qui membra sua mortificant ab incentiuo libidinis, ac cæterorū affectuū, & actus corporis sui Deo placitos habent: hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum veterum secundū spiritualem intelligentiā complēt. Plura de his preclara habes apud Orig.
n. Neque quicquam vetat, quo minus λογικὴ λατρεία di-
o. ci possit etiam cultus rationi consentaneus, nimirū quem ratio & æquitas moderatur, sicut spiritualis rationisque compos suos actus temperat: tametsi non negauerim id principaliter Apostolū nō intendisse.

Præte-

Preterea scito rationabile obsequuium, casus esse accusatiui, & per appositionem quodam modo cohęrere cum superioribus, hostiā sanctam, viuentē, deo placentem: nisi forte malis & copulā subintelligere.

In nouitate sensus, siue mentis.) Est enim νοῦς vtrunque declarans.

Vt probetis.) Id est, noscatis.

Dico enim.) Id est, hortor, admoneo.

Non plus sapere quàm opor. sed sapere ad sobri.) Monet ne quis arroganter de se sentiat, sibiq́ per fastum placeat: sed sapiat sentiatq́ de se vnusquisq́ quantū modestia, temperantia, & sobrietas patitur.

Secundū rationem fidei.) κατὰ τὴν ἀναλογίαν hoc est, iuxta conuenientiam, proportionem, proprietatem, siue modum fidei.

Benedicite persequentibus.) Benedicendi vocabulo tria includuntur. Benedicimus cui bene precamur: benedicimus ei de quo bene loquimur: benedicimus item ei quem admonemus erroris, molliq́ responsione corrigimus.

Gaudere cum gau. flere cum flentibus.) Infinitiui χαίρειν & κλαίειν, imperatiuorū loco positi sunt. Quapropter vtrouis modo rectè legeris, gaudete cum gau. flete cū flen. & gaudere cū gaudētibus, &c.

Idipsum inuicē sentientes.) Late patet huius verbi intelligentia, & ad multa accōmodari potest. Nam D. Am. ad hunc modum edisserit: Hoc est, inquit, quod dictum est, compati debere vt fratres in tribulatione, sicut & alia dicit episto. Considerans teipsum, ne & tu tenteris: alter alterius onera portate.

Chry-

Chrysost. vero hoc verbi aduersus Romanorum arrogãtiam ac fastum dictum intelligit: atq; ad eum animi affectum refert, quo quis sese demittens, neminem se ducit inferiorem. Sic enim scribit, vbi propriè ad hunc spectat sermonem. Eodem, inquit, animo alij in alios affecti (tali enim periphrasi hunc locum interpres ipse, & cæteri fere recentiores conuertunt) vt magnum te putas esse? igitur & illum: Humilẽ & exilem illum suspicaris? itaq; & de te ipso illud decernas: et iam omnem inæqualitatem reiecisti. Quomodo vero fiet istud? Si arrogantiam reieceris. Vnde & subiunxit: non arroganter de vobis ipsis sentientes. At porro Orig. in hunc modum cõmentatur. Sermo, inquit, iste non natura sui, sed interpretatione obscurior factus est. Hoc est enim quod dicit, vt ita de fratre sentiamus, vt de nobis ipsis: & ita velimus proximo, sicut & nobis, vt in euangelio dominus dicit: Quæ vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis. Mat. 7. b.

Humilibus cõsenti.) ταπεινοῖς συναπαγόμενοι id est, humilibus rebus contemptibilibusq;, siue etiam humilis sortis hominibus vos accommodantes, annumerantes, inclinantesq;.

Coram omnibus, si fieri potest. Clausula, si fieri potest, aptius cohæret superioribus.

Defendentes. Pro vlciscentes.

Hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius. Duplex subest huic loco intellectus. Secundũ alterũ, Apo. iniuria lacessiti & depressi humilitatẽ subleuat & cõsolat: lacessenti vero inimico vltrices minatur

túr pœnas, dum per benefacta illius, huic dicit vrentes carbones accumulari super caput, scilicet præcipuam hominis partem, vbi vel maxime noceant: tanquàm si inquiat: Si cupis sancto quodam zelo inimico tuo talionem, officijs illum prosequere, & acerbiora accumulaueris in animum illius tormenta, ab æquissimo omnium retributore Deo infligenda. Secundũ alterum intellectum: tunc ardentes carbones animo siue cordi inimici coaceruamus, quãdo beneficio, humanitate, lenitate, pietate, misericordię opere illũ cumulamus, q̃bus veluti prunis ad cordis compunctionẽ, commissorũ pœnitudinem, & ad redamandum amicum accendatur. Augustino magis probatur sensus posterior, carbones ignis interpretans vrentes pœnitentiæ gemitus. Vide Au. li. de doc. Chri 3. ca. 16.

Ex capite XIII.

PRincipes non sunt timori boni op. sed mali.) Grę cè ita legimus, ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν, quod ad uerbum sonat, principes non sunt timor bonorum operum, sed malorum, quasi dicat, Non sunt formidãdi principes bene agentibus, sed male. Timori tamen legunt vetustiores.

Vis aũt non timere po. Bonũ fac, & ha. lau. ex illa.) Non ait bonum fac, & laudabit te potestas: sed ait, bonum fac, & habebis lau. ab illa, nimirũ vel quum eam in obsequium Dei lucratus fueris, vel quũ eius persequutione coronam merueris. Ita Aug.

Dei enim minister est.) Ex plurali principes, subaudiem

audiēdum hic est princeps singulare, nisi malis minister ad potestatē referre, vt intelligas potestatem esse dei ministram. Licebit & ita distinguere: Dei em̄ minister, est tibi in bonum.

alias necessitati. *Necessitate sub. estote.*) Id sentit quod in græcis simplicius legitur ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, hoc est, necessum est subijci, vel propter necessitatem subiecti estote. vt infinitum loco imperatiui positum sumatur, vt in illo, Gaudere cum gau.

Sup. 12.

Et hoc scientes, tempus, quia hora est.) Caue ne particulam hoc ad tempus referas, nam καιρός græcis est masculini generis, τοῦτο neutri: nisi forte τοῦτον sit legendum.

Carnis curam ne feceritis in desiderijs.) Carnis habenda est cura, sed ad sanitatem duntaxat, non ad luxum & voluptatem.

Ex capite XIIII.

I*Nfirmum autem in fide, assumite.*) Id est, eum, qui in fide infirmior est, ne spreueritis aut reieceritis à fidelium contubernio, sed suscipite potius, vobis adiungite, sustinete, confouete, adiuuate, & constabilite, vt firmior tandem euadat.

Non in disceptionibus cogita.) μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, poterat & ita vertisse: Non in dijudicationibus disceptationum, vel, non ad dijudicationes disceptationum. Sentit autem cōtra eiusmodi infirmum, aut eius occasione, anxijs non esse disputationibus & dijudicationibus contēdendum.

Alius credit man. se omnia. Qui autem infir. &c.) Græcis aliquanto diuersius legitur, sub hac intelligentia

gentia. Ille credit quidem vescendum esse quibuslibet: hic autem qui infirmus est, holeribus vescitur. Vide Mat. ca. 15. ibi, Non quod intrat.

Stabit autem.) Siue stabilietur σαθήσεται.

Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit.) Erãt inter Romanenses, (teste Theophilacto) nonnulli, qui & si à carne suilla non abstinerent, statutis tamen diebus ab ea cauebant: alij verò, qui illa asiduè vescerentur, qui tamen abstinentes illos incusabant. De his itaque loquitur, dicens: Nam alius quidem, & cætera. Possent quoque hæc dicta accipi de discretione sacrorum dierum à prophanis: sicuti mandatum erat in lege de sabbatis, de neomenijs, & cæ. Nam alij, diem à die iuxta legis ritum discernebant, vt suo cuique tempori suam tribuerent seruarent'q; cõtinentiam: alij, omnem diẽ, hoc est, continuum tempus vt iugibus pietatis operationibus dedicatum, statuũt in abstinentia exigendum. In quo siue vt asiduam, siue vt tẽporaneam suscipiat continentiã quilibet suo relinquitur consilio: quando cõstat vtrunq; vacare crimine, neutrũ'q; iusta esse reprehensione dignũ. Qui enim diẽ sapit sentit'q; obseruandũ, dñi ob gloriam id facere creditur. Nemo tamen hic putet apostolũ ijs patrocinari, q nullas obseruãdas ferias, nulla'q; obseruanda ieiunia contendunt: quũ id non ex pcepto legis Mosaicæ, sed ex ecclesię instituto faciamus: cui idẽ Apo. nos iubet esse dicto audientes. Vide Hie. In illud Gal. 4. Dies obseruatis.

Tu autem quid iu. fr. tuũ, aut tu quare sper.) In te

prio

priori loco posito non manducantem appellat, in posteriori manducantem.

Sed hoc iudicate magis.) Id est, statuite siue decernite, ne per obseruationem ciborum, offensionem fratribus generetis.

Nihil commune per ipsum: nisi ei, qui ex q. commune esse. Communis vocabulum hoc loco, atque aliâs nonnunquàm in scriptura pro immundo vsurpari, Luca euangelista interprete discimus. Sic enim loquitur euangelij sui capite septimo: Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, illotis edere panes, reprehendebant. Cæterum quod Latini legimus per ipsum, intelligentes saluatoris beneficio omnia esse munda, Græci legunt δι' ἑαυτοῦ, dicentes per se, quo ad sui naturam nihil esse inquinatum.

Qui in hoc seruit Christo. Si cum vetere interprete legas in hoc, subaudiendum est Spiritu sancto: Si cum Chrysostomo & Theo. in his numero multitudinis, respiciendum est ad iustitiam pacem & gaudium in spiritu sancto.

Et quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Custodiamus in græcis abest, sed eius loco facile est præcedens, τὸ διώκωμεν, sectemur, intelligere.

Tu fidem quam habes, apud temetipsum habe, coram Deo. Fidem hic & in mox sequentibus eam dicit, qua quis vescendum credit quibuslibet, siue animi fiduciam, quæ hæsitationi & infirmitati opponitur. Hoc autem docet apostolus, scientiam ac fiduciam de non deligendis, iuxta legis præscriptum,

ptum, ciborum generibus, firmam esse debere: sed tamen occultam, si scandalum timetur proximi.

Beatus qui non iudicat scipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est.) Non simpliciter de omnibus, sed de propositis escis duntaxat intelligẽdum: secundum regulam quam in superioribus texuit. Vt si quis est, qui per legis spiritualis scientiam probat nullam respuendã escam, nec rursus condemnat seipsum, nec ipsa sese cõscientia reprehendit: beatus proculdubio erit, etiam si inculpauerint omnes. At qui discernit, & hæsitat vtrũ quid mundum sit, ac sumere debeat, nec ne, iste ex animi sui dubitatione conscientia arguente, damnabilis ac reprehensione dignus adiudicatur. Causam autem huius damnationis subdit dicens:

Quia non ex fide.) Sup. manducauit. Tanquàm si dicat. Damnatur non propterea quòd immundus sit cibus: sed quòd diffidens cibum mũdum esse, eundem perinde ac si immundus esset, edat. Vide Mat. ca. 15. ibi, Non quòd intrat. X. A.

Omne quod non est ex fide, pec. est. Orig. hic mihi magis ad mentem Pauli accedere visus est: is enarrat ad hunc modum: In hoc, inquit, sermone credentium quorũdam negligentes & desides animos vinculo acriore cõstringit: vt nihil sine fide agant, nihil sine fide dicãt, nec absq; fide aliqd cogitẽt. Quia siue qd gesseris sine fide, siue loquutus fueris, siue etiã cogitaueris, peccas. Hoc idẽ est q̃d in alijs dicit: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud facitis, omnia in gloriã Dei facite. Hactenus ille. Animaduerte insuper fidem hic esse conscientiæ iudicium, quo credi-

per fidem hic esse conscientiæ iudicium, quo credimus aliquid ad faciendum ad Dei venerationem contra quod sane nil est attentandum, si reatum euitare cupimus.

Ex Capite XV.

I*Mproperia improperātium tibi.* Verba sunt ipsius Dauidis, ad Deum Patrem ex persona Christi loquentis.

Idipsum sapere alterum. Hoc est, vt vnum et idem inter vos mutuo sentiatis.

Dico enim Christum Iesum ministrū fuisse circuncisionis propter uerbū Dei, ad confirmandas promissiones patrum: gentes aūt super misericordia honorare Deum. Vtrunque populum ad concordiam pellicere cupiens, dico, inquit, primum quoad Israheliticum populum Christum Iesum ministrum & prædicatorem fuisse circuncisionis: hoc est, ipsorum Iudæorum circuncisorum, pro declaranda Dei Patris veritate, ad confirmandas præstandasq; tandem patribus olim factas promisiones: deinde, quod ad alterum populum attinet, dico siue moneo gētes, pro misericordia ipsis non ex promisso, sed gratuito pręstita honorare ac glorificare Deum.
n. Vtrunque extruant alij, hic mihi magis probatur ordo & sensus.

Propterea confitebor tibi in gentibus. Rursus verba sunt Christi ad Patrem, per prophetam enunciata.
Psal.17.

Lætamini gentes cū plebe eius. Locus est in Deute-

ca

capite trigesimo secundo, vbi iuxta Septuaginta versionem latinitate donatam, ita legimus: Lætamini gentes cum populo eius. Hoc annotare visum est, quòd complures depræhenderim in hoc loco demonstrando hallucinatos.

Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes in eum gentes sperabũt. Hoc testimonium pene iuxta Sep. retulit, quorum versione frequentius vtitur apostolus.

Habeo gloriam in Christo Iesu ad Deum.) ἔχω οὖν καύχησιν ἐν χριστῷ ἰησοῦ τὰ πρὸς θεόν. Sensus est. Habeo quòd glorier per Christum Iesum, in his, quæ ad Deum pertinent.

Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus.) Ad superiora referendum est. Dixerat enim se ministrum esse in omneis gentes: dixerat item gloriationem sese habere apud Deum, propter felicem prædicationis suæ successum: nunc subdit: Non glorior, neque quicquam iactabundus loquor de meis factis, quasi ipse quicquam effecerim: sed tantum de his quæ per me tanquàm per instrumentum, vel potius seruum operatus est Christus. Cui vero Origenica magis placebit elucidatio, eius secundum suum interpretem hæc sunt verba. Quæ loquor, inquit, non sunt alieni operis verba, nec alienorum gestorum laudator efficior: sed quæ scio Christum per me effecisse, hæc vobis scribo: quæ per obedientiam gentium verbo in me & opere expleuit. Verbo præ-

dicationis, opere signorum & prodigiorum.

Illyricum.) Regio est inter Italiam, Germaniam, Macedoniam & Thraciam, quæ & Ilyris dicta est, nunc vero Sclauonia, à quibusdam Liburnia, habetq; ab vno latere mare Hadriaticũ, ab altero Danubium. Distat autem ab Ierusalem 26 gradibus, miliaribus Germanicis plus minus 550. Brabanticis 500. Gallicis vero circiter 545 tantum terræ spacium occupauit huius apostoli prædicatio.

Probauerunt.) Approbauerunt, dignum ac rectum visum est.

In abundantia benedictionis Christi ueniam.) Hoc est conspecturus sum vos in omnibus bonis quæ secundum euangelium sunt profecisse. Abundantiam benedictionis, vel bona vniuersa, laude & benedictione digna: vel eleemosynam appellat. Eam nanque tacitè ac verecundè à Romanis stipulare videtur pro sanctis.

Sic autem prædicaui.) Sensus nihil habet obscuri: tantum illud admonendum, Græcis amplius quid haberi, scilicet, οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, id est, sic autem annitens vel elaborans euangelizare. Non liquet tamen aperte an hæc lectio fuerit olim vsitatã.

Vt refrigerer uobiscum.) Vt refociller, ait, & quietem habeã post multos agones atq; discrimina, idq; vobiscum: vos ob meam doctrinam, ipse ob crescentem in vobis fidem.

Ex capite XVI.

Phœben

PHæben sororem nostram.) Sororem communẽ ait Amb. id est, de lege: tametsi alij sororẽ eam vocatam Christianitatis nomine autument. Per hanc creditur Apo. epistolã Corintho Romam destinasse. Cæterum Phœbe aqua & omne purum dicitur.

Cenchris.) Vel secundum alios, Cenchreis. Est autem portus Corinthiorum.

Priscam & Aqui. adi.) Videntur mihi, inquit, Origenis interpres, isti esse de quibus in actibus Apost. ita scriptum est: Post hæc autem discedens Paulus ab Athenis venit Corinthum: & inuento ibi quodam Iudæo nomine Aquila de Pontico genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscilla vxore eius, propterea quod præceperat Claudius discedere omnes à Roma, accessit ad eos: & quia erat consimilis artificij, & mansit apud eos, & operabantur simul. Erant autem artifices tabernaculorum, hoc est, sutores. Act. 16. a.

Dignè sanctis.) ἀξίως τῶν ἁγίων, Aduerbiali particulæ nominis casum addidit, & tantundem valet, quasi dicas, sicut decet sanctos.

Andronicum & Iuniam.) Andronicus vir victoriosus dicitur: Iunia, à Iunone, id est, dominatrice, vir quidam vocatus est.

Qui sunt nobiles.) ἐπίσημοι, id est, insignes, quos notabiles vulgo dicimus.

Apellen probum.) Id est, probatum in Christo.

Vt obseruetis. Hoc est, diligenter satagite, vt cognosca-

gnoscatis & caueatis illos qui dissensiones, & offendicula,&c.

Benedictiones. εὐλογίας, pro assentatione & adulatione posuit.

Vniuersæ ecclesiæ.)Græcis genitiui sunt recti ab hospes. Hospes autem Pauli dicebatur, apud quem apostolus ipse hospitaretur.

Erastus arcarius.)Hunc alij ciuitatis præfectum: alij dispensatorem ciuitatis, qui dictante iustitia gubernarit ciuitatem, maxime in precijs moderandis: alij quæstorem ærarium fuisse volunt. Græcis est οἰκόνομος, quod archarius vertit interpres, ab ἀρχή, id est, magistratus vel principatus, voce efficta. Quod sanè magis respondet œconomo, quàm arcarius ab arca, quanquàm non omnino displicet si quis legat arcarius.

Ei autem qui potens est uos confirmare, iuxta euangelium meum & prædicationē Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum, secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei, in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor in secula seculorum.)Tota hæc verborum congeries, inconcinnam & obscuram habet intelligentiam, & combinationem. Verum huic malo magna ex par-

parte medebitur, si intelligamus hæc pendere à particula Amen proxime præcedenti. Præcatus enim fuerat Romanis gratiam, dicens, Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis: quam in ipsis confirmare cupiens, Amen adiecit, adiurantis ac adfirmantis particulam. Verum agnoscens confirmationem hanc veritatisq́ attestationem à sola absolutissimaq́ veritate Deo pendere, Amen, inquit, sit ei qui potens est vos confirmare, &cæter. Atqui, vt id mihi maxime probetur, facit tum coniunctiua particula autem, quæ hæc cum superioribus videtur connectere, tum etiam confirmandi verbum, quod respondet & veluti explanat quid dixerit ipsum Amen.

Secundum hæc igitur totius contextus hic erit ordo & intellectus. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen. Ei autem nempe soli sapienti Deo Amen sit, qui potens est vos in hac constabilire gratia, iuxta euangelium meum, imò iuxta prædicationem, non meam sed CHRISTI IESV, per exhibitionem mysterij multis retro seculis absconditi, quod nunc manifestatum, & per propheticas scripturas iuxta imperium æterni Dei, vt obedientia præstetur fidei patefactum est, per Iesum Christum, cui gloria in omnia secula. Illud iam aduertas oportet τὸ κατὰ, id est, secundum posterius, magis per vel ad signare, alioqui enim durius cohærebunt duo κατὰ idem significantia. Posset quoq́ & aliter, quanquam paulo coactius enarrari,

vt ei autem ex fine subaudiatur honor sit & gloria, & nihilo minus suo loco, secundò reperatur, reliquis omnibus vt iam iudicatum est in suo ordine permanentibus. Cætera quæ comminisci tantum poteram, de μόνῳ σοφῷ θεῷ per ablatiuum reddendo, de construendo verbo confirmari cum soli deo, deq́ꝫ aliis nonnullis lubens pertranseo, ne vel diuinationibus, vel prolixitate oneri sim lectori.

IN LOCOS DIFFICILIORES PRIORIS EPIstolæ ad Corinthios, Scholia.

Ex capite I.

IN *gratia Dei.* ἐπὶ τῇ χάριτι, id est propter gratiam, vel pro gratia Dei, quæ data est vobis.

In omni uerbo, & omni sciētia, sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis. In omnibus, inquit, diuites facti estis, in omni sermone pariter & scientia, per quæ Christi testimonium, quod à me vobis perhibitum est, ratum ac firmum factum habitúmque est in vobis. Aliter distingui potest, ad hunc modum. Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν. Sic testimoniū Christi confirmatū est in vobis, vt vobis nihil desit in vllo dono.

καθώς.

Expectantibus reuel. Reuelationem, domini aduentum dicit, quòd nobis absconditus sit.

Vt idipsum dicatis om. ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες. Id est, vt idem loquamini, pronuncietis, censeatis

censeatis

ſeatis, ſiue profiteamini pariter omnes.

Ab his qui ſunt Chloes.) Id eſt, qui ſunt de familia Chloes. Eſt autem Chloë matronæ cuiuſdã nomẽ, à cuius familiaribus didicerat Paulus Corinthiorũ diſsidia. Nonnulli tamen putant loci eſſe vocabulum, de quo qui curioſius perſcrutari voluerit, Stunicæ videat taxationes. X.

Stephanæ domum.) Stephanas proprium viri nomen eſt.

Verbum enim crucis.) Id eſt, prædicatio crucifixi (Chriſti.

Nam quia in Dei ſapientia, non cognouit mundus per ſapientiam Deum, &c.) Nam propterea quòd in ipſa ſapiẽtia diuina, quæ in primis eluceſcit in rebus conditis, non cognouit mundus per mũdanam & ſuperbam ſuam ſapientiam, præſidijs fretus humanæ philoſophiæ Deum: placuit è diuerſo ſapientiſsimo Deo, per eiuſmodi prædicationem, quę humana philoſophia tumentibus ſtulta abiectáq; reputaretur, ſaluos facere credentes.

Quod ſtultum eſt Dei, ſapiẽtius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius.) Senſus eſt: Stultitia Dei, id eſt, philoſophia Euangelica, qua Deus veluti ſtultus & humilis prædicatur mortalibus, ſapientior eſt quàm homines, quantumuis ſapientię profeſsione celebres. Imò, quæ Dei ſunt abiectiſsima, ſtultiſsimáq;, vniuerſam confundunt ſuperantq; mundi ſapientiam. Adhæc, ipſa Dei infirmitas, vt eſt Chriſti humanitas & mortalitas, qua infirmus viſus eſt, fortior omnium mortalium viribus, atq; adeò ipſa diaboli poteſtate validior eſt. Quid enim eſt Chrĩ crux, ſi hanc cum æterna componas ſapientia, niſi quędã Sta.

insipientia? Quid mors Christi, si omnipotentiam respicias, nisi quædam infirmitas?

Et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret.) Ea quæ non sunt, hebraica figura vocat quę pro nihilo ducuntur: quæ sunt verò, pro illis ponit, quæ plurimum habere momenti videntur.

Vt non glorietur omnis caro.) Id est, homo mortalis, quasi merito sapiẽtiæ, potentię, nobilitatis, aut diuitiarum sit delectus à Deo.

Ex ipso autem uos estis in Chr.) Non vestro, sed ipsius Dei Patris dono ac fauore vocati estis in consortium Filij sui, qui factus est nobis sapientia, &c.

Ierem.9. Quod si non ignoratis, proculdubio fiet, vt (quẽadmodum hortatur nos Ieremiæ vaticinium) nõ gloriemini in sapientia vestra, neq; in fortitudine, neq; in diuitijs, sed in Domino.

Vt (quẽad. scriptũ est) qui glo. in dño glor.

Ex capite II.

NOn enim iudicaui me scire.) Iudicaui, posuit pro existimaui: quẽadmodum & aliàs positum comperimus, vt Lucę vij. Rectè iudicasti.

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.) Secundum duplicem distinctionẽ, duplicem potest hic locus habere sensum. Primo sic: Sed loquimur in mysterio, siue per mysterium, Id est, arcana quadam ratione Dei sapientiam, quę abscondita est ab huius mundi sapiẽtibus. Altero modo sic: Loquimur Dei sapientiam quæ abscondita est in mysterio, quod aliud præ se fert, & aliud creditur & intelligitur. Et iuxta hunc sensum simplicius esset accusatiuum ἀποκεκρυμμένην accusatiuo redde-

reddere abſconditam, omiſsis particulis quæ & eſt.

Sicut ſcriptum eſt: Quòd ocu. &c. Quum hoc teſtimonium in nullo ſacro Bibliorum codice ſcriptũ reperiatur, ex apocrypho Eliæ Prophetæ deſumptũ putant. Quod quomodo haudquaq̃ abſurdum videri debeat, in Matthæo diximus, cap. xxvij.

Quòd oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligũt illum.) Græcè eſt: ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. De ſenſu nulla eſt ambiguitas. Quod ad lectionem attinet, nihil hic erit quod offendat lectorem latinum, ſi aut aſcenderunt legatur, pro aſcendit, vt beatus ſcribit Hieronymus, aut loco quæ, quod H.ad.Ruf.
ſubſtituatur: ſed nec græcum, ſi meminerit Attici- & aliàs.
ſmi illius, quo nominatiui plurales neutri generis cum verbis conſtruuntur ſingularibus. Niſi fortè quem malè habeat relatiuum in initio poſitum, cui malo medebitur, ſi ante relatiuum poſterius, ſunt, vel eſt, ſubaudiatur. Probabilius tamen eſt Interpretem, quòd in initio coniunctiuè poſuiſſe, atq; itidẽ ὅτι pro ἃ.
legiſſe in græcis.

Spiritualibus ſpiritualia comparantes.) Vt ſi quæſtiones in Chriſtiana ſuboriãtur philoſophia, comparamus has, id eſt, ſoluimus, nõ dialecticis rationi- X.
bus, ſed ſpiritualibus aut ſentẽtijs aut figuris. Poſſet quoq; & in hũc ſenſum accipi: Spiritualibus hoibus A. n.
non alia quàm ſpiritualia & cœleſtia verba accommodamus ac tradimus. Cui aptè cohæret quod ſubdit:

ſubdit: Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: nã ſtultitia ſunt illi eiuſmodi. Ani-
M. malem aũt hominem vocat eam hominis partem, quam noſtri rationem vocant, & optimum naturę: vt ſit animalis homo ab anima, viuens non ſecundum craſsiſsimi corporis voluptates, ſed ſecundum animam, id eſt, ratiõis vſum: qualis vel Socrates, vel Zenon, vel Paulus ante conuerſionem eſſe potuerunt: & ſunt quicunq; iuſti vel ſapiẽtes ſunt, citra ſpiritum Chriſti. Alijs locis totum hominem ſecundũ totam naturam vocat carnem.

Animalis autem homo.) Animalẽ dicit ab anima, ſentiens eum, qui animo verſatur nõ circa carnem,
Heſ. in Le. cap. I. ſed circa res naturaleis, vt docet Heſichius.

Et non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur.) Ex græca lectione non vnus ſenſus colligit. Vel enim ὃ ἀνακρίνεται conſtruitur cum homo animalis, qui ſpiritualiter dijudicatur, eò quòd humanis rationibus fidens, credere renuit, iuxta illud: Qui
Ioan. 3. non credit, iam iudicatus eſt. Vel conſtruitur cũ hac clauſula, ea quæ ſunt ſpiritus, quæ fide ac ſpiritu dijudicantur, examinãtur, diſcutiuntur, diſcernuntur, indagantur. Hæc enim omnia ἀνακρίνεται ſignificat. Præterea ὅτι vel pro quia, vel pro quodcunq;, vt ſit, ὅ τι, accipi poteſt, cui etiam aptè reſpondet quod ſequitur.

Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.) Qui Dei ſpiritu ducitur, omnia dijudicat: præſentia hæc, caduca ac momentanea eſſe: futura, perpetua & ſtabilia: infideleis æternis eſſe obnoxios ſupplicijs. At ipſe à nemine infideliũ verè diju-

dicari

dicari poteſt, rectè ne an malè ſapiat, aut operetur.

Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis inſtruxit eum?) Dixerat ſupra ſpiritualem à nullo diju dicari, idq́ modò probat autoritate Ieſaiæ prophetæ, cuius ex cap. 40. ſenſum potius quàm verba receſſet. Si ergo nemo carnalium diuinum ſenſum, mentem, ſiue intelligētiam pernoſcit, nec inſtruere quiſquam Deum poteſt: per cōſequens, nec docere, aut dijudicare eum poterit, qui hoc domini ſenſu & ſpiritu ſit imbutus. Porro græcę lectionis (vt quidē hodie habet) ſenſus ad verbum redditus, hic eſt: Quis enim cognouit mentem ſeu ſenſum Domini, qui inſtruet illum, ſiue (vt quidam latini habēt codices) qui inſtruat eum? Vbi licet relatiua particula libera videatur, vt referre poſsit vel ſenſum, vel dominum, vel eum de quo quęritur, quis cognouit ſenſum do. Deinde etiam in illo eum ſubaudiri poſsit, vel domi n. num, vel ſenſum domini, vel ſpiritualem qui à nemine dijudicatur. Res tamen ipſa, & ſermo propheticus magis poſtulat, vt qui ad hominem referatur, et eum deſignet ipſum dominū, ſeu domini ſenſum.

Ex capite III.

VT *ſapiens architectus.*) Architectus dicit̄ qui ſtructuris ædificiorum præeſt, vel fabrorum princeps: ab ἀρχὸς princeps, & τίκτων faber.

Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentū hoc aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, uniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, &c.) Iecit fundamentum D. Paulus Chriſtum Ieſum, cui

vniuer-

vniuersa dogmatum, adhortationum, consolationum, & ex his surgentium bonorum operum structura niti debeat. Huic igitur fundamento alij alia superædificant: quæ cuiusmodi sint, generosa ne an humilia, fortia an infirma, preciosa an vilia, in præsenti quidem vita, ob mortalium infirmum & præposterum iudicium, plerunque ignoratur. Verum supremi iudicij dies, quem non frustra Domini diem vocat Interpres, nimirum adiecto vocabulo Domini distinguens illum à præsentis temporis diebus, qui hominis videntur esse magis, quibus quod libet etiam sibi licere putat homo. Ille, inquam dies, palàm faciet qualia fuerint, quæ superstructa sunt. Nam ignis ille examinatorius, vel occultißima cordium perscrutans, quo tota mundi machina conflagrabit, quum venerit iudex iudicare seculum per ignem: quicquid solidum & eximium fuerit, conseruabit, illustrabit, ac tali fundamento dignum coarguet: & contrà, quicquid vile, inefficax, & imbecillum, ignis absumet.

Dies enim dñi declar.
G. o.
Ha.

Si quis superstruxerit aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, &c.) Veluti qui cœlestis doctrinæ, vel diuinæ contemplationis fulgoribus quasi auro quodam irradiat: qui eminentioris cuiusdam dilectionis synceritate veluti argento enitescit: qui terrenis omnibus calcatis, spretisq; mundi illecebris, cœlestibus inhiat, conuersationemque cum beato apostolo Paulo habet in cœlis, eoq; quasi turri extructa ad superna conscendit: qui cum Maria illa Euangelica optimam deli-

Aurũ, arg. lapides.
G.o.

deligit partem, nunquàm auferendam: qui diuenditis omnibus, thesaurum sibi parat, quem nec fur auferre, nec tinea demoliri queat: qui hoc vtitur mundo, tanquàm non vtatur: qui spreto carnis coniugio, æterno Dei verbo, sapientiaúe indissolubili vinculo cohæret. Hic sine detrimento præmium accepturus est, & perstabit omninò huius opus. Lucę x.

Sin verò quis superstruat ligna, fœnum, stipulam, veluti qui matrimonio iunctus, cogitat quæ mundi, quæ vxoris, quæ liberorum sunt: qui cum Martha curat ea quę corpori sunt necessaria: Quisquis hæc ædificat, & scopum ac fundamentum habet Christum, ita vt ei temporaria, nec ea quæ licita sunt præponat, etiam si quædam leuiora incurrerit admissa, quæ per ignem expianda erunt, sua tamen mercede nequaquàm fraudabitur. Non dicit autem apostolus Paulus illum per ignem seruandum, qui ferrum, aut æs, aut plumbum superædificarit, hoc est, peccata grauiora commiserit, nam is fundamentum non habet CHRISTVM, vnde necesse est æterno illum deperire supplicio. Au.

Præterea, vt hanc præmiserim enarrationem, nimirum ex probatissimis hinc inde desumptã authoribus, non iuerim tamen inficias, hæc eadem verba de purgatorio igne rectè accipi posse, quo credimus animas leuioribus culpis obnoxias cruciandas, vbi mortali relicto corpusculo hinc emigrarint, tametsi nihil hoc minus quibusdam persuasum esse non ignorem. Certè ego ab vniuersalis Ecclesiæ Romanæ sententia hac in re cen- Distin. 25 Qualis.

sco

ſeo non recedendum. Cęterum cuiuſmodi ſit ignis ille expurgatorius, & quis ſit purgatorij locus, nec huius loci eſt nec mearum virium diſcutere. Explicat hunc locum iuxta priorem illam ſententiã Aug. in Enchir. cap.68. copioſius etiam in libro de Fide & operibus, ca.16. niſi quòd per ignem intelligat tribulationem tentationis, & de terrenis rebus dolorem, iuxta illud Eccleſiaſtici 27. Vaſa fig. pro. for. & ho. iuſ. tent. tri. Idem quoque & de igne purgatorio hæc intelligenda eſſe inſinuat, tam lib. de VIII. Dulcitij quęſt. q̃ſ.1. tam etiam in explicatiõe Pſal.57. vbi ſic inter cætera ait: Et quia dicitur, ſaluus erit, contẽnitur ille ignis. Ita planè quàmuis ſalui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita, &c. Iuxta poſteriorem ſentẽtiam explicat hunc locum exactius B. Gregor. libro Dialo. IIII. ca.12. ſi quis forte videre cupiat.

A. pa. 6. & 8.

Neſcitis quia templum Dei *eſtis?* Hic reuertitur Paulus ad id vnde fuerat digreſſus: ſiquidem pręmiſerat, Corinthios Dei eſſe ædificationem: & ſi fortè non intellexiſſent quam dixiſſet ædificationem, percontatur ex eis, vt ex hoc acrius illos coarguat & efficacius.

Nemo ſe ſeducat. Erant inter Corinthios quidã humana philoſophia præditi, cui plus ſatis fidentes in Chriſtum credere ſtultum arbitrabantur, atq; per hanc & ſeipſos ſeducebant, & alios in viua Dei templa fide conſecratos, prophanare & ſeducere conabantur. Hos itaq; coarguit & admonet, inquiẽs: Nemo ſe ſedu. Si quis temp. &c.

Itaq; nemo glorietur in hominibus. Omnia enim

vestra

uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, &c. Itaque de quo maximè vos admonitos esse volebam, vt cœperam vos redarguere, quòd factionibus deditii essetis, dicentes: Ego Pauli sum, ego Apollo, &c. Deinde, quòd prophanis Philosophis addicti essetis, dicẽtes: Ego Aristotelicus, ego Platonicus, ego Epicureus, quorum cogitationes Prophetæ testimonio modo ostendimus esse vanas. Hæc, inquam, quum ita sint, ne glorietur quis hominis mortalis titulo aut cognomine. Iam mihi vide, quàm Apostolus deijciat & sese, & alios, in quibus gloriabantur Corinthij, vt efficacius illis persuadeat quod volebat. Omnia, inquit, vestra sunt. Vobis subiecta sunt, vestris seruiunt commodis omnia, in quibus tanquàm in sublimioribus gloriamini. Quemadmodum indignum est præpotentem quempiam gloriari in seruis, ac rebus sibi subiectis, tanquàm illis acceptum ferre debeat, quod habet nobilitatis & gloriæ: ita nec vos gloriari condecet in his quæ vobis subiecta sunt: Nos serui sumus vestri, vestris pedibus subiecta sunt omnia, mundus, vita, mors, pręsentia, futura, vt vos illis dominemini, illa inseruiant vobis in vestrum commodum & salutem. Cæterùm cui vos ipsos vestraque omnia debetis, Christus Deus est. Nephas tamen haud esse puto, nec Paulinæ menti contrarium, si quis de imitatione & patrocinio sibi gratuletur alicuius sancti, modò id cũ modestia faciat & humilitate.

Om̃ia eĩ vr̃a sunt.

Vos autem, inquit, Christi.) Si ergo Christi estis famuli, à quo tota nostra simul & vestra dependet salus, quid est, quòd ad eius iniuriam in hominibus

gloriemini, vt ab his aliquid speretis?

Ex capite IIII.

HIc *iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.*) Græce ita legitur, ὁ δὲ λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. quod ad verbum ita sonat. Quod autem deinceps quæritur in dispensatoribus, vt fidelis quis inueniatur. Quod quæritur, inquit, id est, inuestigatur siue perquiritur in dispensatoribus illud est, & esse debet, vt fidelis quis inueniatur: atque ita est quædam connexio verborum siue responsio, inueniatur ad quæritur. Nec discrepat ab hoc sensu vulgata interpretatio. Nam, hic iam, pro eo ponitur quod græcis est, ὁ δὲ λοιπὸν hoc est, cæterum autem, vel quod autem superest, vel aliquid
E. huiusmodi. Porro ζητεῖται alij magis hic requiritur significare autumant.

Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer: aut ab humano die.) Quare vero & inter vos sunt, qui inquirant vt fidus dispensator reperiatur: alij quidem arbitrantes & iudicantes me dignum mysteriorum Christi dispensatorem, alij indig-
A. num, nihil moror, imo nihili duco huiuscemodi
n. de me iudicia. Addo & hoc, pro minimo mihi esse vt ab humano die, id est, humana lege, vel humano iudicio iudicer. Diem enim pro iudicio apostolus vsurpare consueuit, vt supra indicauimus, vbi egimus de Paulinæ dictionis phrasibus. Tunc

autem censendum est iudicium esse humanum, quando nullo fulcitur scripturæ, æquitatis, aut rationis testimonio: sed solis nititur affectibus humanis. Quòd autem tale fuerit iudicium Corinthiorum, discere potes quum ex illo quod apostolus præmisit, Nonne carnales estis, & secundum hominum ambulationem: tum ex commentarijs Sup.3.a.
Am. atque Chry.

Hæc autẽ fratres transfiguraui in me & Apollo.) At vero ne nos, inquit, non tam moribus, quàm sermonibus docere atque exhortari velle arbitremini, horum quæ præmisimus de gloriatione in hominibus alijsq́;, figuram & exemplar, cui conformemini nosipsos dedimus, atque Apollo, quem apud vos recedens reliquimus. Alij sic excutiunt hunc locum, vt dicant Paulum in se & in Apollo illorum transtulisse personam, qui inter Corinthios sectarum dissidiorumq́; erant autores, atque ita effictis nominibus loquutum fuisse ne quos offenderet. Porro quod subsequitur.

Ne supra quàm scriptum est, unus aduersum alterum infletur pro alio.) Græcis aliquanto secius legitur, ad hunc modum. τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μὴ φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου.

Id est, non supra id quod scriptum est sentire, ne vnus pro vno infletur aduersus alterum. Vt discatis, inquit, in nobis non vltra id quod scriptum est, per nos, vel aliâs in diuinis literis, sicuti illud, Nolite iudicare & non iudicabimini, de Mat.7.a.

vobis ipsis sentire, vt ne hic illius, ille huius nomine extollamini & gloriemini alius contra alium.

Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod? &c.) Hic videtur Corinthiorum doctores in primis compellare, qui gloriabãtur, sed vanè quia non in domino: Quòd scilicet multis cumulati essent dotibus, muneribus, diuitijs. Quis ergo te discernit, inquit, ac dijudicat cæteris te præstantiorem aut etiam inferiorem? Sanè homo mortalis est, cuius vanum incertumq; est iudicium. Vel hoc pacto. Quis te discernit, id est, segregat quasi excellentem? nisi tu temetipse: reputans & iudicans te alijs præferendum ob munera quędam, veluti eruditionem, generis nobilitatem, opes, &c. Sed quæso te quisquis hæc tibi fingis, quid habes quod non à summo omnium largitore Deo acceperis, idque ferè per nos?

Quid habes quod &c.

Instabiles sumus, id est, nullo certo loco detinemur.

X. A. *Et angelis*. De vtrisq; accipi potest, siue bonis siue malis angelis. Bonis spectaculum erat apostolus alijq; discipuli: quia ipsorum certamina cælestium spirituum erant digna aspectu: Malis verò, quia apostolorum iniuriæ ipsis erant oblectamento, cernentibus hosteis suos nimirum apostolos excruciari, in terrorem aliorum qui erant credituri.

E.

Peripsema, vox græca est, & pen. pro. ac tale quid significat quale apud nos nauci, quisquiliæ, sterquilinium. Alij reticulum quo sudantes se abstergunt significare tradũt: alij soleæ suppactum corium: alij

vestigio-

vestigiorum puluerem: alij vero omnem scoriam.

Et cognoscam non sermonem corũ qui inflati sunt, sed uirtutem. Non vestram eloquentiam, non tergiuersionem, non dicacitatem, inquit, vestram spectabo & approbabo: sed robur potius spiritus, in bonis actionibus constantiam, inuiolatæ fidei humilitatem. Memineris quoque hic non ἀρετὴν esse, quę probitas est, vitio opposita: sed δύναμιν, id est, robur siue potentiam. Nihil tamen vetat, quo minus hanc vocem pro illa positam accipiamus.

Ex capite V.

EXpurgate uetus fermẽtum ut sitis noua cõsper. Fermẽtum appellat incestuosum illum: Conspersionẽ autẽ, quam paulò superius massam dixit interpres, id est, farinam aqua temperatã, præparationem quandam, ad melioris vitæ restaurationem.

Scripsi uobis in epistola, Ne commisceamini fornicarijs: non utiq; fornicarijs huius mundi.) Vt donem Chrysostomum & Theophylactum in ea fuisse sententia, qua crediderint D. Paulum non alterius hic meminisse epistolæ, quàm huius, quæ ad Corinthios prima dicitur: arbitror tamen, sicut ad Laodicenseis, & ad alios forte: ita quoq; & ad Corinthiorum ecclesiam aliam ab hijs duabus epistolam deliniasse, in qua vetuerit cum fornicarijs habere consuetudinem. Verum quoniam id dictum quidã de fornicarijs ethnicis fugiendis accipiendum putarũt, aut certè putare potuerunt, hinc est quod suam ip-

ſius ſententiam declarans ait, Non vtique fornicarijs Non vtique ſiue prorſus (id enim οὐ πάντως ſignat) omne commercium cum huius mundi gentilibus libidine contaminatis, auaris, idololatris, rapacibus, prohibui: quoniam ſiue alioqui

Alioqui debu. de hoc m.ex.

Si hoc uoluiſſem debueratis de hoc mundo exiſſe.) quandoquidem tales nuſquam non ſunt.

Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare.) Id eſt, mea quid refert iudicare, de his qui alieni ſunt à fide Chriſtianę eccleſię.

Ex capite VI.

Apud iniquos, & non apud ſanctos?) Iniquos gentiles, ſanctos Chriſtianos appellat,

Quoniam ſancti, de hoc mundo iudicabunt?) Id eſt, fideles mundum hũc, hoc eſt infideleis, iudicabunt. Proinde illud de hoc mundo cum iudicabunt, non cum ſancti conſtruendum eſt.

Angelos iudicabimus.) De impijs accipiendum.

Contemptibiles, &c. conſtituite ad iudicandum.) Nequaquam hoc dicit, ꝙ ita fieri voluerit, ſed vt pudeat illos apud ethnicos iudices aduerſus fratres in ius euocari, quum quiuis vel contemptiſsimus inter Chriſtianos, modo ſuæ reſpõdeat profeſsioni, dignior ſit in eo qui inter infideles pro ſummo habetur ad iudiciariam autoritatem capeſſandam.

Iam quidem omnino delictum eſt in uobis, quod iudicia habetis inter uos.) Hoc eſt, in condẽnationem & ignominiam veſtram cedit hoc ipſum, quòd tribunalia quæratis & iudicia exerceatis inter vos ipſos,

ſos, qui pacis atque concordiæ eſtis diſcipuli.

Molles. Qui velut euirati, obſcœnis tactibus acti busq́ inquinantur.

Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius redigar poteſtatẽ.) Dixi, inquit, ſcortatores, idololatras, adulteros, atq́ id genus reliquos regnum Dei non conſequuturos. At vero, quod ad arbitrij libertatem attinet, nihil eſt quod lubeat, quin idem & liceat. Omnia in mea ſunt poteſtate: ſcortari, cibo potuq́ ingurgitari, diuitijs inhiare, furari, inebriari, &cæt. non tamen hæc eadem expediunt, id eſt, nec vtilia ſunt nec bona: imò ediuerſo inutilia & perniciosa: atque ob id ſub nullius horum redigar ſeruitutem aut poteſtatem. Huic interpretationi mihi magis videtur accedere ſenſus Pauli, quum propter ea quæ præmittuntur, tum propter ea quæ ſubnectuntur: nihil tamen prohibet quo minus & aliam quoque admittam, nimirum hanc. Quoniam ſupra dixerat omnino delictum eſſe inter illos, quòd cauſas agerent pro rebus familiaribus, quatenus ſit iudicijs tribuendum nunc manifeſtat. Omnia, inquit, quæ lege diuina ſeu iure prohibita non ſunt, mihi licent, vt iudicio mihi patrocinentur in hijs quæ neceſsitatis ſunt naturæ, ſed non expedit ſemper, vel quia mihi in via Dei impedimentum præſtatur, vel quia proximo ſcandalum datur. Omnia mihi licent: ſed ego quum charitate liber ſim, nolim redigi ſub alicuius poteſtatem ſi-

X.

Ego ſub nullius redigar pot.

alicuius poteſtatem ſiue iudicis, ſiue rei temporalis, vt illis ſeruiam, ſed magis volo illa ſeruiant mihi.

Eſca uentri, & uenter eſcis. Deus autem & hunc, & has deſtruet.) Iuxta vnum ſenſum, per eſcam, effuſum atq; immoderatum ciborum poculorūq; vſum, per ventrem ingluuiem ipſam intelligimus, quæ deſtruentur per æternam damnationem: iuxta alium vero ſenſum, per eſcam omne quo ſuſtentamur, per ventrem corporis indigētiam accipimus, quæ etiamnum abolebuntur, vt neque venter cibo egeat, neque cibus corpori alimentum ſit præbiturus.

Ex Capite VII.

NE *tētet uos ſatanas, propter incontinentiā ue.* Iterum inuicem, inquit, iungamini, ne ſatanæ occaſionem præbeatis vos in deteriora pertrahendi. Exploratum quippe habeo veſtram incontinentiam.

Volo autem omnes uos eſſe ſicut meipſum.) Id eſt, Volo omnes ad exemplum mei ab vxoribus abſtineant. De vxore Pauli in epiſt. ad Phil. dicemus c. 4.

Nam cæteris ego dico.) Hoc eſt impari matrimonio iunctis, vtpote altero infideli. De coniugij ratione plura habes apud Aug. li. de ſer. do. in monte 1. ſi quis forte deſiderabit.

Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cū illo: non dimittat illā, &c.) Hoc intelligas, ſi utriq; anteq̄ Chriſto fuiſſent initiati, iniſſent coniugium, mox alter ad fidem veniſſet. Nā ſi prius fuiſſet aut mulier aut vir Chriſtum profeſſus,

haud

haudquaquam cum alieno à Christianę fidei sacramentis integrum fuisset matrimonio coniungi.

Sanctificatus est enim uir infidelis, per mu. fi. Confert hoc coniugis infidelis cum fideli consensus, vt hinc nil nocere illius immunditia, aut vllo modo conuictus coinquinare valeat. Vincit enim sanctitas coniugis fidelis immunditiam infidelis. Vel, vt dilucidius dicam, sanctificatus, id est, emũdatus est cõiunx infidelis, per consortem fidelem, ita vt non possit hæc ab illo propter consuetudinem coinquinari.

Alioqui filij uestri immundi essent.) Bifariam exponi potest. Vno modo sic. Alioqui si impuritas increduli mariti, vel incredulæ vxoris, nitore credentis vxoris vel mariti non vinceretur, essent sanè liberi ipsi immundi. Altero modo sic. Alioqui si diuortium intercederet, liberi vestri impuri illegitimiq; cẽserentur, tanquàm ex illegitimo congressu geniti. Priorem expositionem arbitror germaniorem.

Vnde scis uir, si mulierem saluam facies? Nisi unicuiq; sicut diuisit dominus. Vnumquenq; sicut uocauit Deus, ita ambulet: & sicut in om. ec. doceo. Duplex est apud græcos horum verborum distinctio: verum neutra ex integro cum vulgata editione nostra conuenit. Et vt est distinctionum diuersitas, ita quoque diuersæ sunt intelligentiæ. Prior apud græcos distinctio talis est, Aut qui scis vir, an vxorem saluabis necne? Sic enim vertunt quidam ἢ μὴ vel vt alias legitur εἰ μὴ. Deinde succedit. Vnusquisq; sicut ipsi diuisit Deus, vnusquisq; sicut ipsum vocauit, ita ambulet: & sicut in ecclesijs omnibus ordino siue statuo.

Huic ego hunc arbitror sensum assignari posse. Dixit, inquit, paulo superius fidelem non esse infidelis coniugis seruituti subiectũ, nisi fortè cõsensus adsit eius qui incredulus est: nam hinc spes est bona incredulum tandem crediturum. At vero si discedere decreuerit incredulus, prorsus discedat. Nam vnde compertum habes ò marite, quòd vxorem incredulam sis seruaturus, maxime quum videas eam diuortium meditantem. Quũ ergo nõ possis certò dinoscere, super est hoc sciatur & obseruetur vt vnusquisque sicut ipsum diuisit à sua coniuge Deus, in eo statu, siue gentili, siue Iudaico, in ipsa separatione, & absque consorte, repudiata videlicet adhuc viuente, permaneat: & insuper sic versetur & ambulet, quẽadmodum in ecclesijs omnibus instituo. Neq; vero hic quenquam moueat, quod regimen verbi diuisit, commutãs accusatiuũ illi casum dederim, quum in cõtextu datiuum habeat: est enim antiptosis scri-
Psal.4. pturæ non infrequens, qua casus pro casu substituitur, sicuti & ibi, In tribulatione dilatasti mihi. Altera distinctio talis est, Aut qui scis vir an vxorem saluabis? Nisi, vel potius, quin vnusquisq; sicut ipsi diuisit Deus, vnusquisq; vt ipsum vocauit dominus, ita ambulet. Et sic in ecclesijs omnibus ordino. Ab hac distinctione parum adhorreret sensus quẽ modo posuimus, si εἰ μὴ, quod nisi vertit interpres, pro quin accipias. Subest tamen & alius sensus, nimirum hic.
X. Qui scire potes vir an forte domestica consuetudine, coniugali affectu, suaui alloquio sis tãdem vxorem incredulam lucrifacturus Christo. Certè spes nonnulla reliqua erit, si Christianum te ferat maritum. Subdit ergo: Nisi (vel quinimo,) vnusquisque sicut

ſicut ipſi, &cæt.q.d. Non igitur aliud hic iudicauerim opportunius vtiliuſque, quàm vt quiſque in ea ſorte qua eſt quãdo vocatur, à Deo, ſiue in ſtatu ſit coniugali, ſiue conditionis ſit ſeruilis ſiue liberæ, ſiue Iudæus ſit, ſiue gentilis (nam hoc eſt quod dicit vnicuique ſicut diuiſit dominus) in ea ſtatus conditione ad Chriſtianam regulam victurus permaneat & ambulet. Atque hoc ſenſu hæc pertinebunt ad id quod ſuperius præmiſerat, non dimittat illam, & non dimittat virum. Iam vero, ne quid deſideretur vel tertiam paucis addam elucidationem, quæ vulgatę noſtrę editioni reſpondeat quanquàm interim neutra præmiſſarum prorſus à latina lectione diſsideret: tantum ſi periodum non faceres poſt ſicut diuiſit dominus: vbi librariorum arbitratu factam ſuſpicor periodum. Vt tamen hoc ſequamur quod vſu receptum eſt, ſic intellige. Vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies, niſi ſicut diuiſit, id eſt, partitus eſt dominus gratiam: vel ſicut præordinauit vnumquenque quando crediturus ſit, & ſuſtinet donec præuiſa ſalutis eius hora adueniat? Vt vocatus eſt ergo quiſque, ita in ſuo ſtatu permaneat. Si matrimonio coniunctus eſt qui credit, matrimonium ſuum nõ rumpat, nec vir nec mulier, ſed ſic maneat, tam Iudæus quàm Græcus. Ego tamen primum ſenſum etiamſi eum apud nullum fortaſſe reperias interpretẽ, alijs prętulerim, propter illud enim, vbi dicitur, Vnde enim ſcis mulier, ſi vi. ſal. fa. & vnde ſcis vir. quod commodius propius ꝓcedẽtis cauſa dicit quàm eius quod altius pręceſsit.

Circunciſus aliquis uocatus eſt? Non adducat præputium

putiū. In præpu. aliquis uo. est? nō cir. Circuncisio nihil est, & præ. ni. est sed obser. Dei, *&c. usq; ad id, nolite fieri serui hominum.*) Præter cōmunem intellectum qui fere in propatulo est, be. Hiero. alium quendam profert, quem multis rationibus (quibus ob prolixitatem vitandam, supersedeo) docet esse germanū. Sic enim totum hūc locum edisserens scribit. Ad superiorem, inquit, disputationem, in qua docuerat fidelem ab infideli non debere discedere, sed permanere in matrimonio, sicut eos inuenisset fides: & vnumquenque vel cœlibem vel maritum ita durare vt esset Christi baptismate depræhensus, infert subito parabolas circuncisi & ethnici, serui & liberi: & sub metaphora earum de nuptis disputat & innuptis. Circuncisus aliquis vo. est: non ad prę. Eo, inqt, tempore quo vocatus es, & credidisti in Christum, si circūcisus vocatus es ab vxore, & cœlebs eras, noli ducere vxorem, hoc est, noli adducere pręputium, ne circuncisionis & pudicitiæ libertatem oneres sarcina nuptiarum. Rursum, si in pręputio quis vocatus est, non cir. Habebas, inquit, vxorem cum credidisti, noli fidem Christi putare causam disidij, quia in pace vocauit nos Deus. Circuncisio nihil est, &c. Nihil enim prodest absq; operibus cœlibatus & nuptię: quum etiam fides, quæ propriè Christianorum est, si opera nō habuerit, mortua esse dicatur: & hac lege virgines quoque Vestæ & Iunonis vniuiræ in sanctarum queant ordine numerari. Vnusquisq; in in qua vo. vo. est, in ea per. Quando credidit siue habebat, siue non habebat vxorem, in eo permaneat in quo vocatus est. Ac per hoc non tam virgines co-

H. li. aduer. Ioui. i. & in Apo. aduer. eundem.

Iac. 2.

git vt nubāt, quàm repudia prohibet. Seruus vo. es, non sit ti. cu. sed & si potes li. fi. magis vtere. Etiam si habes, inquit, vxorem & illi alligatus es, & soluis debitum, & non habes corporis tui potestatem: atque (vt manifestius loquar) seruus vxoris es: noli propter hoc habere tristitiam, nec de amissa virginitate suspires. Sed etiam si potes causas aliquas inuenire dissidij vt libertate pudicitię perfruaris, noli salutem tuam cum alterius interitu quęrere. Habeto paulisper vxorem, nec pręcurras morātem: expecta dum sequitur. Si egeris patienter, coniunx mutabitur in sororem. Qui enim in do. vo. est ser. li. est domini: similiter, &c. Reddit causas cur nolit vxorem deseri. Idcirco ait pręcipio vt in Christum de gentilitate credentes inita ante fidē matrimonia non relinquant, quia qui vxorem habens credidit, non tanto *fidei seruitio detinetur quanto virgines & innuptæ: sed quodammodo est liberior, & seruitutis illi frena laxantur: & dum vxoris est seruus (vt ita dicam) libertus est domini. Porro, qui vxorem non habens credidit, & liber à seruitute coniugij vocatus est à domino, ille verè seruus est Christi. Quanta felicitas nō vxoris seruum esse, sed Christi: non carni seruire sed spiritui. Qui enim adhæret domino, vnus spiritus est. Ac ne forsitan in eo quod supra dixerat, seruus vo. non sit ti. cu. sed & si po. li. fi. ma. vtere, sugillasse continentiam videretur, & in famulatum nos tradidisse coniugum, infert sententia quæ omnem amputet cauillationē: Precio empti estis, nol. fi. ser. ho. Redempti sumus precioso sanguine Christi: immolatus est pro nobis agnus: & aspersi calidissimo rore hysopi omnem pituitam noxiæ voluptatis excoximus.

*Dei.

mus. Quibus in baptismate mortuus est Pharao, & vniuersus eius suffocatus est exercitus, cur rursum Aegyptum quærimus: & post manna angelorũ ci-
Exo.14. bum, allia & cepe, & pepones, & carnes varias suspiramus? Hactenus ille. Iam ne qd fortè hæsites quod
Exo.16. ad communem interpretum intelligẽtiam attinet, aliquot ex his clausulas quæ aliquid videntur lucis postulare explanando resumam.

Sed & si potes fieri liber magis utere. Nihil eram hic annotaturus nisi Chry. vidissem cum ijs contendentem, qui hæc de libertate potius accipienda adferunt. Ne igitur quid ille senserit ignores, ipsius hic subijcio interpretamentum. Magis vtere, hoc est, inquit, magis seruias. Et quid tandem eum qui liber esse potest permanere iubet in seruitute? Vt ostẽdat non modo nil nocere seruitutem, sed prodesse. Et non ignoro ꝙ quidam illã particulam magis vtere, de libertate dictum efferunt, dicentes, quòd si potes fieri liber, fias liber. Longe autem hoc verbum contrariũ est à Pauli memoria, si hoc significatur. Nõ igitur hoc dicit: sed volẽs ostẽdere quòd nihil amplius sit si liber fiat, inqt, & si potes liber fieri, permaneas in seruitute. Deinde causam adducit. Qui enim in do. voc. est ser. &c. Hactenus Chry. Hic autem sensus manifestior fuerit, si illud etsi, id est, εἰ καὶ pro quamuis positum accipiamus. Vide præcedentia.

Libertus est domini.) Libertus is dicitur, qui quũ esset seruus factus est liber.

Nolite fieri serui ho. Nõ hæc eo intulit, vt à dominis desciscãt famuli & famulæ: sed vt nihil ad humanam gratiam factitent, ne illis qui Christi nomini

ad-

aduersantia imperãt, obtemperent. Vide quę supra ex Hiero. scripsimus.

Tanquàm misericordiã consc. Misericordiã vocat vocationem suam ad munus apostolicum.

Tribulationem tamen carnis.) Eiusmodi qui con iugíj legibus obuincti sunt, varíjs curis, laboribus, tri bulationibus erunt obnoxíj: veluti sunt parientium cruciatus, varię tum añ tum post parturitionẽ ęgro- tationes, educandarum prolium solicitudines, vigi liæ, & id genus reliqua matrimoníj incommoda.

Ego aũt uob. par.) ὑμῶν φείδομαι, i. accurate vo bis loq̃r, vel vestri misereor, vel vobis parco, pro in- dulgeo, & permitto vobis matrimoniũ. Au. ita intel ligit vt perinde sit ac si dicat, tempero à cõmemoran dis vobis malis q̃ cõiugiũ comitantur. Am. vero, par cit, inquit, quãdo ad hęc magis prouocat, quę tribu lationes carnis & solicitudine memoratas includũt. De virg. c. 15. & 21.

Sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimẽto domino obsequendi.) Vt ha bet hic cõtextus subaudiendũ est inuitans, vel adhor tans, vel aliquid simile, alioqui inexpleta erit ora- tio. Sic ergo verba ipsa componito. Hoc quod dixi de virginitate potius seruãda, non eo dixi vt laqueũ vobis iníjciã, & necessariam adseram virginitatem: sed inuitans ad id quod decorum sit & honestum: inuitans quoque ad id quod præbeat facultatem, opportunitatem & occasionem dominum ser- uandi, vel domino obsequendi sine impedimen- to. Quod ad græca attinet, nõ est eadem illorum cũ nostro interprete scriptura, vt quid habent moder- ni græcorum codices. Ita enim legimus ἀλλὰ πρὸς

Aliâs dominũ obsecrandi.

τὸ εὐ-

τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως, quæ si ad verbum reddantur non erit quod intelligas. Sensus autem huiusmodi est. Sed ad honestatem, & bonam perseuerãtiam domino absq; vlla distractione præstandam. Vel iuxta Hieronymi interpretationem: sed vt ad id quod honestũ est, & intentè facit seruire domino absq; vlla distractione vos adhorter. Verbum verbo redditũ si quis id forte requirat, tale est. Sed ad honestatem & assidentiam domino indiuulse.

Hie.con. Ioui.1.li.m

E.in.H.

Si autẽ turpẽ se uideri existimat, super uir. s. quòd sit supera. & ita oportet fieri, quod uult fa. non pec. si nubat. Nam *qui statuit in corde suo firmus, non habens neces. potest. autem habens suæ uolun. & hoc iudicauerit in cor. scilicet seruare uir. suã bene facit.)* Quid si quis (inquit Photius quidã græcus) dedecori sibi futurum putet innuptam seruari domi filiam quæ in virginitate educata fuerit, & putet sic potius debere fieri, videlicet in nuptias dari, faciat q̃d vult. Sin vero quispiam steterit in hac sentẽtia firmus, vt in nuptias omnino non det illam, nec faciens hoc tanquam ex necessitate & à lege prohibitus: (si em̃ hoc fecerit vehementer errat:) Si inquam quispiam tanquàm nulla necessitate adactus hoc fecerit, sed tanquàm suæ voluntatis dominus à lege effectus, ipse quod potius est eligens, videlicet non dare nuptum, etiam hic benefacit. Potest autem illud, non habens, necessitatem etiam aliter non minus propriè accipi, tanquàm non coactus à filia secus facere. Si enim videt filiæ conditionem sibi vt eam clocet necessitatem adferre, non debet eam seruare virginem.

ginem. Vel τὸ non ha. neces. etiam hoc significet. Non habens, inquit, necessitatẽ hoc facere, vel tanquàm antea consecrarat Deo, & edicauerat seruandæ virginitati, vel tanquàm filia ad hoc cogẽte. Cui enim ex alterutro prędictorum necessitas incumbit non dare in matrimoniũ, huic neq; aliud consilium capere licet, neq; aliã in corde meditari sententiam: quin etiam neque hæc præstanti tanta laus, quanta si non fecerit maneat condemnatio, sed mulpliciter maior Hactenus Photius ille. Be. Hier. aliud qd intellexisse videtur, dum pro illo, Si quis turpem se videri ex. su. vir. sic legit & scribit. Si quis considerat virginem .s. id est, carnem lasciuire & ebullire in libidinem, nec refrenare se potest, duplexq; ei incumbit necessitas aut accipiẽdæ coniugis aut ruendi, quod vult fa. non pec. si nu. H. li. adue. Ioui. I.

Ex capite VIII.

D*Eijs autem, quæ idolis immolantur, sci. quia om. scientiam habet. Scientia inflat. chari. uerò ædificat.*) Habebant quidem Corinthij complures hanc sententiã, vt crederent sese nõ inquinari posse ex esu ciborum, qui idolis essent immolati, quum tamen Iehudęi huiusmodi cibos veluti immundos & illicitos execrarentur. Attamen quia hac scientia abutebantur, ita vt passim, & coram quibusuis, qui talem scientiam non habebant, eiusmodi immolaticijs cibis vescerẽtur in scandalum infirmorum: qui videlicet vescẽtes, sapientiores quidem hac in re imitabantur, sed ignorabant interim qua id mente faciũdum esset, nimirum non ad idoli venerationem,

non vt ex immolatione quippiã cibis inesse numinis ostenderetur, sed vt sciretur omnem cibũ quem Deus mortalium vsibus creasset, esse licitũ & bonũ: ideo hic & in sequẽtibus redarguit indiscretam illorum tumidamq́ scientiam, ostendens nihil illis prodesse scientiam sine Christiana charitate, quæ offendiculum omne prçcauens omnibus vbique prodesse studet.

De escis autẽ, quæ idolis immolantur scimus, quia nihil est idolũ.) Ac proinde carnibus illi immolatis nihil inest aut sacri, aut prophani, vnde edi prohibeantur, modo offendiculum proximi euitetur.

Quidam autem cũ conscientia usq; nunc idoli, quasi idolothytum manducant.) Nonnulli, inquit, cum conscientia, hoc est, pristinam mentem quam à suis maioribus accepere, retinentes, hucusque, post susceptam fidem, cibos edunt immolaticios, non vt concessos & non immolatos, sed vt idolothyta, & numinis aliquid in se habentes. Porro idolothyton vox græca est, & pen. pro. significatq; simulachris immolatum, ab εἴδωλον simulachrũ, & θύω sacrifico, macto.

Neq; enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non mand. deficiemus.) Hoc est, Si vescamur idolothytis, non ob hoc efficiemur ditiores: neque si non vescamur, reddemur pauperiores. Aut si mauis ad spiritum referre: siue manducauerimus, siue non manducauerimus, nihilo sumus ex hoc futuri aut maioris aut minoris meriti apud Deum.

In idolio recumbentem.) Idolium penultima longa

ga templum est simulachrorum: quod & idolęum scribitur.

Ex capite IX.

M*Ea defensio hæc est.*) Nimirũ quam prædixi apostolatus mei signaculum vos esse.

Sororem mulierem circunducendi, sicut cæteri.) Clemens Alexandrius vt refert Euseb.li.eccle. hist. 3.ca.30. præsentem locum, atque etiamnum illum ad Phi.4. Germane compar, adducit, quo ostendat Paulo vxorem fuisse, quam tamen exemplo Petri non circunduxerit, quò videlicet expeditior esset ad negocium euangelicum. Verum præcipui ecclesiæ doctores, Hieronym. li. aduersus Ioui. primo, & Augu.li.de opere monachorum ca.4. apertè ostendunt, quum ex sororis addito vocabulo, tum ex ipsorum ordine verborum, haudquaquàm hunc locum de vxoribus intelligendum, sed de alijs sanctis mulieribus, quæ (iuxta morem Iudaicum) magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus ipsi quoque domino factitatum. In eundem etiam sensum & Amb. interpretatur: qui etiam non sororem mulierem, sed mulieres citra sororis vocabulum legisse videtur. De Pauli vxore in epist.ad Phi. dicemus. A.

Nunquid secundum hominem hæc dico?) Id est, Nũquid ex hominum sententia & humanis duntaxat exemplis hæc confirmo.

Et q triturat, in spe fructus pcipiẽdi. Supplendũ est triturare debet. Quod si græca regias, verba qdẽ diuersum

ſum quid ſonant: ſenſus tamen non perinde diuer ſus eſt. Ita enim legimus. Καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι.

Et ſubaudiendum eſt verbum ὀφείλει debet. Senſus igitur eſt: Et qui in ſpe triturat, ſpei ſuæ, hoc eſt, mercedis particeps eſſe debet. Vñ & Am. ita legit. Quoniam qui in ſpe arat & triturat, debet ſpei ſuæ fructũ percipere. Heſichius idem legit quod nos.

n. Hi. in Leu. c.16.

Si alij poteſtatis ueſtræ participes ſunt, quare non potius nos? & cæte.) Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ μᾶλλον ἡμεῖς;

S. Hæc alij ad hunc modum interpretari maluerunt: Si alij poteſtatem habẽt, vt veſtri ſint participes, vel dominentur & obſequẽtiſsimis ſeruis vtantur, non ne longe magis nos? Ego tamen ſic potius intellexerim. Si alij communicant vel vtantur veſtri poteſtate, facultate, ſeu licentia, quæ iure ipſis in accipiendis

A.n. vitæ neceſſarijs permittitur, &c.

Nam & ſi euangelizauero, non eſt mihi gloria: neceßitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi eſt ſi non euangeliz. Si enim uolẽs hoc ago, mercedẽ habeo, & c. Quid nam ſibi vult apoſtolus dicens, ſi euangelizauero non eſt mihi gloria? Nũquid qui Chriſti euangeliũ prædicarit gloria pręmioq́ deſtituetur? Haudquaquàm ſane: ſed non eſt mihi, inquit, gloria, ſi inuitus muneris iniuncti neceſsitatem perficiam. Nõ datur laudi euangelij prædicatio, quæ neceſsitate,

Neceſsitas ẽm mihi incumbit. non promptæ voluntatis fit liberalitate. Neceſſario ex prædeſtinatione diuina, ſiue volens ſiue inuitus euangelizare cogor. Atqui ſi nullo modo præſtem

ad

ad quod obstringor: supplicium me manet. Quod autem sequitur.

Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.) Siue vt græcè est, dispensationi creditus sum: perinde valet ac si dicat. Si inuitus prędico, nihil prædico, nil habeo aliud, præterquàm seruilem ac mihi sterilem euangelij administrationem. Pręter hanc tamen vulgatiorem, posset & alia intelligentia assignari, de vitæ sustentandæ necessitate. Et nescio an hanc priori præferendam quispiam pronunciabit. Præmiserat ergo apostolus vsque adeo non appetere se Corinthiorum ob prædicationem ipsis impensam, facultates ad vitam sustentandam necessarias: deinde vsque adeo tueri suam gloriationem, qua gloriabatur gratis se prædicasse, vt citius emori fame optarit, quàm vt hanc quis ob acceptum scandalum inanẽ redderet. Ad hæc igitur ita subdit. Nam si euangelizauero, scilicet vt priuatis meis seruiam necessitatibus, non erit quod glorier apud Deum: nam huius vitæ sustentandæ necessitas mihi prædicandi causa est. Væ enim mihi erit, & in malum cedet meum, si non euangelizaro. Si autem volens hoc egero, nulla vitæ aut corporis fulciendi necessitate compulsus, habeo mercedẽ. Si inuitus & coactus temporalium rerum carentia cupiditatéue, tanquàm inuito seruo alienæ rei distributio mihi concredita est.

Ex capite X.

NOlo enim uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, &c. Totus hic sermo ab eo pẽdet, quod post aliquanta subiungit, sed non in pluribus

eorum beneplacitum,&c. respondetq; ei quod præmiserat, omnes quidẽ currũt, sed vnus ac. bra. Quod autem dicit huiusmodi est. Huc, inquit, tendit totus hic noster sermo, ne nobis sufficere putemus ad salutis brauium obtinẽdum, quòd per baptismum coaptati sumus in familiam Christi, quod huius beneficio exempti à vitiorum tyrannide libertati simus restituti, nisi posthac ab omni turpium cupiditatũ commercio fuerimus immunes. Nam & maiores nostri quotquot ab Aegypto regressi Mosæ ductu, Pharaonis tyrannidem effugerunt, nube cælitus famulante ab æstu solis protecti sunt, mare rubrum siccis vestigijs transierunt, multa deniq; Dei beneficia experti sunt: sed quum his omnibus fuerint ingrati, non illis profuere tanta beneficia, quinimo durius in illos animaduersum est. Hæc itaq; omnia quum figuræ ac typi sint earum quæ per Christum in nobis completæ sunt rerum ac mysteriorum, metuẽdum nobis est, ne si similiter à gratia excidamus, vitamque agamus non baptismo, sed Aegypto dignam, grauissimis supplicijs reddamur obnoxij, &c.

In Moyse baptizati sunt.) Quia illo in maris rubri transgressu ad figuram veri baptismatis duce vsi sunt.

Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ θεός. Hoc est: erga complures eorum malè affectus fuit Deus, & improbauit illos.

Neq; tentemus Christum.) Tentat Christum qui periculis sese criminum obijcit, qui signa & prodigia

gia efflagitat, qui de Dei auxilio diffidit, qui diuinā potentiam experiri conatur.

Itaq; qui se existimat stare, uideat ne cadat. Quid hæc ad mox pręcedētia? Sane nihil. Verum in his, & proximè sequētibus ad eum locum respexit, vbi de stadico meminit certamine.

Sed faciet cum tentatione etiam prouentum.) Siue (vt alijs placet interpretibus) exitum: Hoc est: dabit tentationi vtilem lætúmque finem. Aut, si mauis, faciet ex tentatione egressum. Caueto autem ne prouentum hic redditus signare dicas: Dicitur enim prouentus à pro præpositoria particula, q̄ non raro, ex, in compositione significat, vt in promineo & prodeo, & à verbo venio. Ita quoq; ἔκβασις ἀπὸ τοῦ ἐκ, ϗ βαίνειν dicitur, id est, ab ex & eundo.

Propter quod charißimi mihi, fugite ab idolorum cultura.) Rursus hic saltum facit, ad id commonendum quod omnium maxime intendebat, de quo & superius nonnulla tradiderat, quum 8. tum ca. hoc 10. Monet igitur, vt abstineant non simpliciter ab omni vsu idolothytorum, sed à tali quo idolo cultura siue ex sese, siue per offendiculum pręstari posset. Proinde vult eos longè abesse à prophanis epulis, & impio simulachrorum cultu, qui sacri panis preciosiq; sanguinis Christi sunt participes: atq; etiam per occasionem hanc sacrę synaxeos pandit sacramentum. Hæc autem agit in sequentibus ad finem vsque capitis. Ter.

Videte Israel, secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?) Attendite

Iſraeliticum populum carnalis legis obſeruationibus inhærentem: Nonne qui edunt hoſtias iuxta legẽ immolatas, participes ſunt altaris? Conſequẽs ergo eſt, Chriſti participes eſſe quicunque cibo reficiuntur dominico. At ſi idolo thytis, idolo ad venerationem veſcantur, cõſtat idoli eos fieri participes, eoq́ȝ menſæ domini expertes.

Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum ſit aliqd.

Fugite ab idolo.cul. Quum dixiſſet ab immolaticijs eſſe cauendum, quatenus his idololatriæ locus præſtari poſſet: ne ita loqui videretur, tanquàm aliqua ineſſet idolis virtus, vide quomodo id hiſce verbis deſtruat. Quid ergo dico? quod idolis immolatum, &c. Tanquàm diceret. Non eo vos ab idolis pariter & ab idolothytis abigo, quaſi illa aut obeſſe queãt aut prodeſſe, quippe quæ nihil ſunt prorſus: ſed ea volo deſpiciatis, ne erroris ſocij eſſe videamini.

An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo ſumus?) Scrupum fortaſſe cuipiam allatura eſt perſona ſubito commutata, nimirum ſecunda in primam: verum hæc loquendi phraſis in ſcriptura vſitatior eſt, quàm vt quenquam malè habere debeat. Proinde quod dicit tale eſt. Siccine audemus prouocare & irritare dominum, quum ſcilicet cum ipſius aduerſarijs dęmonibus cõmunicamus? Nũ ipſo ſumus po-

X. tentiores, vt è tanto periculo idololatriæ, cui noſmet vltro ac ſine cauſa committimus, incolumes effugere poſſe fidamus? Sanè ſeruator ipſe noſter Chriſtus nuſquàm legitur idololatris communicatus.

Quicquid in macello uenit.) Leuiuſculum hoc venit, pro venundatur dictum eſſe, à veneo venis.

Vt

Vt quid enim mea libertas iudicatur ab aliena conscientia?) Tum Christiana libertas iudicatur, quum quod rectè fit & fieri potest, in sinistram rapitur opinionem. Dicit ergo. Quum ab idoli deuotione conscientia sit libera, quid opus est vt putetur quòd venerationis causa edam idolis immolata? A.

Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago?) Hoc est: Si ego gratiæ & indulgentiæ diuinæ communico, quę mihi indulget vesci quibuslibet, vt quid maledictis insector, & vituperor pro eo, pro quo gratias ago, id est, pro ea indulgentia, vel pro ea ciborũ participatione pro qua suminas etiam gratias ago, sicuti & omnino agere debeo? Hunc habẽt sensum Pauli verba ita loquẽtis: Εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; Possunt tamen et sic accipi. Si ego cũ gratiarum actione, vel χάριτι, per gratiam & benignitatem diuinam participo cibis, videlicet lege vetitis, vt quid pro eo blasphemor, & malè audio, quòd Deo in ea comestione gratias ago? Præterea illud ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχα. potest esse, pro quo gratias ago, vt post blasphemor sit finis quæstionis, ac deinde subijciatur, pro quo, nimirum pro tali blasphemia etiam gratias ago. Nemo autem propter hæc aut præcedentia apostoli verba, contra ecclesiæ instituta licentiam sibi permittere debet edendi carnes diebus ab ecclesia interdictis: longè enim aliud sentit apost. quemadmodum facile colliquescit rem propius intuenti. A.n.

Ex capite XI.

VNum est enim ac si decaluetur.) Id est, ἓν γάρ ἐστι, καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. Perinde est & idem, ac si esset detonsa.

Propter angelos.) Vir & angeli immediate creati à Deo sunt, idcirco vir orans aut prophetans velamine (in huius rei signum) vti non debet: quemadmodum nec angeli velati sunt. Mulier vero non tam propter virum, quàm propter angelos velari debet, vt vtrisque sese inferiorem agnoscat. Præterea non negauerim angelos rectè etiamnum ecclesiæ præfectos & sacerdotes posse interpretari, iuxta illud, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legē requirent ex ore eius, quia angelus domini exer. est.

A.

Mal. 2.b.

Debet mulier uelamen habere.) Græca lectio habet quemadmodū & latini codices nonnulli, debet mulier potestatem habere. Per potestatem tamē D. Amb. velamen intelligit, astipulantibus & Græcorum scholijs.

Capilli pro uelamine ei dati.) Si coma mulieri tegminis loco data est, quorsum attinet flammeum supperaddere? Hac de causa fieri constat, vt non solum natura, verum etiam prompta voluntate inferiorem subditamq́ue se viro declaret.

Hoc autē præcipio, nō laudās quòd non in melius, sed in dete. conuenitis. Quasi dicat. Collaudaui vos quòd mei memores sitis, & quòd tradiderim præcepta seruetis. Verū interim dum præcipio, admoneo, denūcioq́ue, in solenni conuentu virū quidem aperto capite, mulierem vero tecto capite orare debere, non laudo tamē vos, in eo quod etiā ad congregationes vestras spe-

ctat

ctat, quia non in melius, sed in peius cõuenitis, propter dissidia quorundã & cœnæ præoccupationes. Sciendum præterea est, in primitiua ecclesia publica conuiuia celebrari solita, in quibus in rememoratio nem imitationemq; dñicę cœnę cum discipulis peractę, sacrosanctum Christi corpus pariter & sanguis sumebatur: in quibus etiam ad imitationem quandam apostolicæ illius perfectionis, qua Ierosolymę Christi discipulis omnia erant cõmunia, ditiores cibos parabant, aut certè facultates in hoc conferebãt: & post sacri mysterij cõmunicationem, tenuiores quosq; fideleis ad cõmune vocabãt epulum: sed hęc consuetudo viuente adhuc Paulo corrumpi ac violari incipiebat. Audiens igitur Apostolus optimam X.
hanc consuetudinẽ, vtpote quæ dilectionis esset argumentũ, pauperum consolatio, doctrina humilitatis, pacis & concordiæ symbolum, diuitiarum cõparticipatio: quum, inquam, intelligeret hanc cõsuetudinem vitio quorundam peruerti, meritò illos vt resipiscant, coarguit.

Præsumit ad manducandum.) Id est, anticipat, vel ante sumit cœnam ad manducãdum: vel ἐν τῷ φαγεῖν, id est, in manducando.

Et confunditis eos qui non habent. Quod offerãt & manducent.

Probet seipsum homo. Id est, examinet, discutiat.

Reus erit corporis & sanguinis. Id est, Non meritum ex esu sacratissimi cibi, sed delictũ quo pereat, sibi cõciliabit quisquis indignè sumpserit. Vel, reus erit

erit corporis cruci affixi & sanguinis effusi: hoc est: Tali erit sceleri obnoxius, quasi Christũ dominum cruci affixisset, sanguinemq́ ipsius effudisset.

Non dijudicans corpus do. Non discernens à cæteris cibis corporis domini sublimitatem.

Et dormiunt multi.) Id est, moriũtur & pereunt præmatura morte.

Ex capite XII.

Scitis autem, quoniam quum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Proximè quidem interpretans græcam expressit veritatem: verum vtrobiq́ incompleta est oratio, quam absoluet si ad calcem subaudiatur essetis, quod quia durius repeteretur, subaudiendum reliquitur.

Ideo notum uobis facio.) Dixerat iam illos necdum conuersos à spiritu maligno ad simulachra adorãda abduci solitos, nunc verò de Spiritu sancto disserit, quem qui habuerit, non poterit non simulachra execrari: non poterit fateri Deum esse Iesum.

Dicit anathma Iesu. Nemo ipsi Iesu dicit anathema tu es: vel nemo dicit anathema esse dominũ Iesum: nã græcis accusandi casus est Iesum. Anathema autem græcis, sciunctionẽ denotat, execrationem et detestationem, ab ἀναθεματίζειν .i. detestari, execrari: vel ab ἀναθεῖναι, hoc est, à seponendo siue suspẽdendo. Hac voce vtebãtur Iudæi quũ extrema aliquem detestatione infamem reddere solerent.

Ita & Christus.) Supplẽdum est ex superioribus, vnum corpus existens mẽbra habet multa. (mus.

n. *His bono. abun. circundamus.)* i. decẽtius cooperi

Hone-

Honesta aūt nostra nullius egēt. Naturalē habētia decorē nullo ornatu, cura, studióue nostro indigēt.

Opitulationes.) Opitulatio ab ope dicitur, subuentio, auxilium.

Aemulamini charismata.) Charisma græcum vocabulum est donum significans.

Ex capite XIII.

Non agit perperā. Περπερεύομαι vocabulū hoc loco positum à latinis mutuatum esse puto, & à perpero, id est, deprauo deriuatum, vnde perperam, id est, prauè, peruerse: ideoq́ de hoc quasi exotico & peregrino vocabulo græcos & horum ęmulos expositores variè sensisse. Theo. exponit, nō est inconstans.

Non est ambitiosa.) Ne ignores quid græcis legatur, οὐκ ἀσχημονεῖ illis idē est quod non turpiter nec præter decorū agit. Non malè tamen interpres meo sane iudicio, si ambitiosa accipiatur pro pomposa, & ornatus studiosa. Nā σχῆμα à quo ἀσχημονεῖν, pręter alia etiam ornatum & cultus ambitionem declarat.

In ænigmate.) Aenigma, est sermo nodosus & inuolutus.

Nunc autem manent fides, &c. Licet cęterę dotes, linguæ, prophetię, discretio spirituū, & reliquę vt minus necessariȩ aboleātur, & magna ex parte abolitę iā sint, manent tamen ac permanebūt vt necessariæ in extremum vsq; seculi diē fides & spes: sed his etiā maior charitas, ne vnquam quidem cessatura est.

Ex capite XIIII.

Magis

1.Cor.14 a M*Agis autem ut prophetetis.*) Prophetare apud Paulum quid sit ipse idem explicat, dũ ait: Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationẽ. Prophetat qui diuinarum scripturarum mysteria enarrat, qui Prophetarũ oracula explicat, qui bonis præmium, malis exitium ominatur prædicitúe: in summa, quisquis concionatur, quodammodo prophetam agit. Itidem prophetia nihil aliud dicit q̃ scripturæ enarrationem.

Qui loquitur lingua, nõ hominibus loquitur.) Qui vtitur lingua auditoribus incognita, Deo quidem rem non ingratam facit, at hominibus nullum adfert fructum.

Vt puta, posuit pro verbi gratia, quanquàm & hoc minutulum sit.

Quin æmulatores estis spirituũ. Id est, spiritualiũ donorum.

Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autẽ mea sine fructu est.) Si orem, inquit, lingua peregrina, spiritus quidem meus. i. habitus ipse, seu vis illa animi, linguę plectrum agitans, orat: mens aũt mea qua intelligo, sentio, cogito, fructu caret, quia quod profert lingua mens ipsa non intelligit.

Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu.)
E.in q̃.no ui test.i ep. ad Eph. Spiritum hic pro voce ponit, teste Eucherio.

Sed in ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui, ut alios instruam, quàm decem milia uerborum, &c.) Sensus est: In publico fideliũ cœtu præstat pauca verba, q̃ ipse sensu ac mente comprehendam, intelligã,

eademq́ interpretari valeam, quàm innumera eloqui verba per linguam nec mihi, nec cæteris cognitam.

Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia par. est. In lege enim scriptũ est: Quoniam in alijs linguis, &c. nec sic exaudient me.) Ideo nolim vos magnoperè desiderare vt diuersis vtamini linguis, nam id esset puerorum affectibus indulgere, qui magis capiuntur nouis & inauditis, vt est peregrinarum linguarum sonus, quàm his quæ ad cõmunem conducunt vtilitatem. Certè quàm parum adferant vtilitatis diuersarum linguarum strepitus, seruator ipse contestatus est per prophetam Iesaiam ita loquentem: In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit: Hæc requies mea, reficite lassum: & hoc est refrigerium meum, & noluerunt audire. Truncatè autem Apost. hoc testimoniũ adducit, iuxta quod suo congruebat instituto. Iesa.28.c

Quid igitur est fratres? Cum cõuenitis unusquisq́ psal. ha. &c.) Quorsum, inquies, hæc Pauli verba feruntur? Sanè vt doceat quo pacto linguæ dono sit vtendum? Extenuasse, & propemodum vituperasse illud visus est, dum diceret linguas in signum esse non fidelibus, sed infidelibus: deinde ex varijs fidelium linguis auditis, idiotas aut infideleis dicturos illos insanire: nunc corrigit, edocetq́ quid senserit, dicens: Quid est igitur faciendum fratres? Scio etenim dum conuenitis suam quenq́ dotem secũ adferre. Alius habet canticũ mysticum, Alius doctrinã habet qua possit ad instituendã vitam erudire, Alius reuelationẽ habet, q̃ retrusiora in sacris literis possit eruere,

E.
Omnia ad ædif. fiant.

eruere, Alius linguæ dono præditus. Nihil horum fastidiatur, sed omnia ad publicam conferantur vtilitatem.

Secundũ duos, aut ut multum tres, & per partes.) Ne rudior quispiam hic hæreat, is scito, fiat particulam hic esse subaudiendam. Dicit enim. Omnia ad ædificationem fiant. Siue quis loquitur lingua, fiat per duos, aut ad summum per tres: sed ita vt vicissim loquantur.

In omnibus eccle. sanc. doceo.) Doceo, in grę cis expressum non est, subintelligi tamen debet, aut certè aliud magis accommodum.

Sicut & lex di.) Geñ. 3. Sub viri potestate erit, & ipse dom̃. tui.

An à uobis Dei *uerbũ processit? aut in uos so. peruenit?)* Perinde ac grauarẽtur seruare q̃ tradit duriusculè per contatione hac eos corrigit. Quur, inquit, detrectatis hunc ritum obseruare? Num vos pręceptores estis? Num à vobis profluxit in nos ac cæteros euangelij prædicatio: vel in vobis solum stabilita est fides? Neq; necesse est per vos ea admitti, quæ ab alijs fuerint excepta? Nõ enim vos omnium primi estis fideles ac soli. Oportet igitur & vos his acquiescere quæ mundo sunt visa, & cæteris comprobata.

Ex capite XV.

PEr quod & saluamini, qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.) Bellè vbique responderet verborum series, & simplicissima huic adhærens sententia, si vt apost. ipse scripsit εὐηγγελισάμην prædicaui legatur pro prædicauerim:

rim: nam arbitror locum esse adulteratum. Quod autem dicit, eiusmodi est: Euangelium, inquit, à me vobis prædicatũ bono estis olim corde amplexi, in quo etiam perseueratis hactenus, atque adeo huius præsidio & salutem consequimini, (nam hac de causa prædicaui vobis) si tenetis, vt vtique vos tenere par est, alioqui frustra credidistis. Versio qua vsus est Ambrosius, sic habet, Quod sermone annunciaui vobis, debetis tenere. τίνι λόγῳ.

Et post hoc undecim.) Non te moueat si græcè ἔπειτα δώδεκα legas: nam verisimile est Christum sese similiter Matthiæ exhibuisse, nondum quidem sorte in Iudę locum suffecto, verum à Domino iam destinato, ac fortè etiã societate coniuncto. Quòd aũt nos vndecim legimus, intelligendum iuxta apostolorum annumeratiõem, vt tamen interim nõ secludatur Matthias iuxta prędestinationem electus. Indicat tamen D. Aug. fieri potuisse vt hi duodecim ex turba fuerint discipulorum, non dissimulans etiam sese ambigere qui codices rectius habeant, qui duodecim, an qui vndecim. Ioan. 20. g Au. E. Lib de cõs. euã. 3. c. 25.

Deinde apostolis omnibus.) Quid nam sibi vult apostolis omnibus? Nõne iam præmisit, Christum visum duodecim? Sed sciendum præter hos & alios LXX. fuisse apostolos, de quibus hęc accipiẽda sunt, teste Chrysost. Autore verò Augustino & Ambrosio, licebit hoc de apparitione in monte accipere. X. Mat. 28. d

Iacobo.) Qui frater domini dictus est, cognomẽto Iustus, primus Ierosolymorum episcopus.

Tanquàm abortiuo.) Abortiuum se dicit, quòd quasi imperfectus fœtus post maturos apostolorũ

partus natus fit. Quemadmodum enim Beniamin abortiuus, matre moriẽte minimus, atq; inter duodecim Iaacob filios postremus natus est, ita & hic Beniamides, moriente synagoga.

Non ego, sed gratia Dei mecum.) Ne quis hic ex nouæ versionis quorundam occasione hęretizet, recentioris cuiusdam, non infeliciter ea quæ ad hunc pertinent locum, ad Augustini & veterum orthodoxorum sententiã pertractantis, verba quędam subscribenda putaui. Quicquid est, inquit, quod homo

E. in. Δια. potest intellectu naturali, & voluntatis libertate, totum debet ei à quo vires eas accepit. Et tamẽ Deus hoc ipsum nobis imputat pro meritis, quòd non auertimus animum nostrũ ab eius gratia, quòd naturæ vires ad simplicem obedientiam appellimus. Ita Paulus: Gratia, inquit, Dei sum id quod sum. Agnoscit autorẽ. Sed quum audis: Gratia eius in me vacua non fuit, agnoscis humanam voluntatem simul adnitentem auxilio diuino. Idem indicat quũ ait: Non ego, sed gratia Dei quæ mihi adest. Nam græcè est, ἡ σὺν ἐμοί. Et Hebræus ille sapientiæ prædicator optat sibi assistere diuinam sapientiam, vt

Sap. 9. c. secum sit, & secum laboret. Assistit tanquàm moderatrix & rectrix, quemadmodum architectus assistit ministro. Præscribit quid sit agendum, ostendit agendi rationem: si quid ille perperam facere cœperit, reuocat: si quid ille deficit, succurrit. Opus asscribitur architecto, sine cuius ope nihil poterat effici: tamen nemo dicit ministrum ac discipulum nihil egisse. Quod architectus est discipulo, hoc gra

Rom. 8. tia est voluntati nostræ. Ita Paulus Rom. Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nemo

vocat

Vocat infirmum qui nihil poteſt, ſed cui vires non ſufficiunt peragendo quod conatur, nec adiutor dicitur qui totum ſolus facit. Tota ſcriptura clamat adiutorium, opem, auxilium, &cæt. Hac de re qui plura deſiderabit videat Auguſtinum de gratia & libero arbitrio. In præmiſsis tamen verbis ea verſio qua dicit, quæ mihi adeſt, tollere videtur quem adſtruit humanum conatum tum propter ὃ quæ, cuius loco, in græcis eſt articulus non poſtpoſitiuus, ſed præpoſitiuus ἡ, tum propter verbum adiectum adeſt, quod nil opus erat adijcere, quum aliud præmittatur quod hic commodè ſubaudiatur, nempe laborauit. Rectius itaque interpretatur Ambroſius & Aguſtinus qui cum græcis conſentientes ſimpliciter legunt, gratia Dei mecum. n.

Adhuc enim eſtis in peccatis ueſtris.) Si Chriſtus non reſurrexit.

Primitiæ Chriſtus.) Primus enim omnium ad vitam reſurrexit immortalem. Nam quod apud Matthæum legis, mortuo domino multorum corpora ſanctorum reſurrexiſſe, Auguſtinus cumq; hoc complures alij per anticipationē dictum putāt. Mat. 27.

Quum tradiderit regnū deo.) Traditio regni, inquit Eucherius, noſtra prouectio eſt, tunc cum eſſe ex integro filij meruerimus in Patris regno.

Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.) Ex Pauli verbis duplex poteſt colligi ſenſus. Prior hic eſt. Oportet filium regnare quoadusque ponat, vt hic ex ſuperioribus ſubaudias pater, qui vniuerſos hoſteis pedibus ſubſtrauit filij ſui Chriſti. Atque hunc

ſenſum ſequutus eſt noſter Interpres. Alter, verbum ponat facit habere ſuppoſitum filius, & ita ἀυτȣ̃ vertendum erit ſuis, vt ſit, donec filius ſubſtrauerit omneis inimicos pedibus ſuis.

Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius.) Id eſt, filij, ne quis de morte putet accipiendum.

Pſal. 8. *Cum autem dicat.*) Per prophetã Dauidẽ Deus.

Omnia ſubiecta ſunt ei. Rurſus, ei, demonſtrat filium, non mortem.

Filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi omnia. Patri, inquit, ſubiecturus eſt ſeſe Filius: idq́ iuxta aſſumptam conditionem humanam, quo nimirum Patre autore factum eſt, vt omnia ceſſerint in ditionem Filij.

Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? Iuxta Chryſoſtomum in memoriam illis reducit Apoſtolus, qua fide, quibusq́ iuramentis ad baptiſmi gratiam ſint admiſſi. Nam baptiſma ſuſcepturi, inter ſymbolũ pronunciandum hoc quoque teſtabantur ſe credere, videlicet mortuorum reſurrectionem, & in hanc fidem baptizabantur. Ad hæc quoque, quod tingẽdi confitebantur voce, idem ſacerdos figura ac ipſis demonſtrabat rebus. Nam aqua mergi, & hinc remeare, deſcẽſus ad inferos, & iſtinc reuerſionis ſymbolũ eſt. Hoc igitur eſt cuius hic monet Paulus. Nã ſi reſurrectio mortuorum non eſt, inquit, nihil egerint qui baptizantur ob fidem, quam tum de alijs, tum de mortuis ad vitam reuocandis habere ſe cõfitentur. Simplicius tamen ac probabilius eſt, quod intelli-

intelligit affertq; diuus Ambrosius de quorundam consuetudine, qui tam erant de sequutura resurrectione securi, vt etiam mortuorum vice viui baptizarentur, si qui forte ante baptisma morte fuissent præoccupati, metuentes ne aut malè, aut non resurgerent: quorum non factum, sed fixam de resurrectione fidem Apostolus comprobat. Quidam C.
nobis ferè coætaneus longam texit disputationem, quo doceat in persona nos mortuorum baptizari, quum quia vetus noster homo in baptismate demoritur, & nouus exurgit, tum quia in morte tingimur Filij Dei, iuxta id quod hic idem habet Apostolus: Consepulti in baptismo, in quo & resurre- Col. 2.
xistis per fidem operationis Dei. Verùm ego Ambrosianæ malim subscribere sententiæ.

Si secundum hominem, ad bestias pugnaui Ephes. Illud, ad bestias pugnaui Ephesi, Ambrosius atque Chrysostomus simpliciter iuxta literam intelligũt, quibus magis crediderim atque Græcorum collectaneis, Oecumenij titulo êditis, quæ pugnam hanc, controuersiam illam esse volunt, quam cum Iudæis & Demetrio habuit Apostolus: quos ob hoc feris comparatos dicunt, quòd nullam crede- Act. 19.
rent futuram resurrectionem. Porrò illud, secundum hominem, varij variè explicant. Verùm ne multa adducam, illud cõmodius apparet, quod in Græcorum inter cætera reperio collectaneis, ita habẽs. Si non propter futuram spem et retributionem cum feris depugnaui, sed ab humanam gloriam, quid mihi profuit? Nisi forte non displicet quod habet Ambrosius: Si secundum hominem ad be-

ſtias pugnaui Epheſi, & cætera. Id eſt, inquit, ſi ſecundum humanum ſenſum, qui videns hoc in rerum naturã non cadere, vt caro iam ſoluta reformetur ad vitã, minime credit futuram reſurrectionem mortuorum, beſtijs offerri, mori non timui, nihil profeci. Tertul. beſtias interpretatur preſſurã illam de qua in ſecunda ad Corinth. capite primo: Non enim volu. igno. vos fra. de tribulatione noſtra quę fac. eſt in Aſia quoniam ſupra modũ, &c. Philip. in Iob. homines beſtijs ſimileis.

N.E. *Ad reuerentiã uobis loquor.*) Reuerentia pro erubeſcentia & pudore poſitum eſt.

Euigilatę iuſti.) Non ita conſtruendum eſt, vt iuſti ſit vocandi caſus, quaſi iuſtis præcipiatur vt euigilent & ne peccent, id quod abſurdum ſanè eſſet: ſed euigilate iuſti, perinde valet, ac ſi dicas, euigilate ad iuſtitiam, neque deinceps in peccatum prolabamini, vos qui hactenus peccatores fuiſtis. Græcè autem eſt, euigilate iuſtè: nec diſcrepat ab intelligentia modo indicata. Eandem loquendi formam & infra habes vbi legis, Mortui reſurgent incorrupti.

Si eſt corpus animale. Simplicius eſt in archetypo, ſi particula prætermiſſa, Eſt corpus, &c.

Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.) Qualis fuit Adam ille ex luto confictus, tales ſunt & ipſius poſteri, nempe terrenis addicti. Et qualis fuit Chriſtus, Adam ille cœleſtis: tales & cœleſtes vno cum ipſo Spiritu regenerati, quorum conuerſatio in cœleſtibus eſt.

Tractat

Tractat hæc verba & alia huc ſpectantia copioſe Iren.lib.aduerſus hęr.5.

Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.) Sub. ad gloriam. Quū ſcriptores omnium vetuſtiſsimi Tertullianus & Origenes, & poſt hos Hilarius & Ambroſius, idem legant quod vulgatus noſter vertit interpres: hinc certam ſumo coniecturam, Græcorum lectionem etiam Chryſoſtomi & Hieronymi ætate à ſciolis aut hæreticis fuiſſe corruptam. Nam Hieronymi epiſtola ad Minerium & Alexand. triplicē indicat huius loci ſcripturam. Quarum prima eſt: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur: vt ſit ſenſus, Omneis quidem morituros, at non omneis glorificandos. Secunda, quæ hodie in Græcis extat voluminibus, Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, in qua Hieronymus ex Acacij autoritate, dormitionem non mortem corporalem ſignare dicit, ſed potius peccatum, & Dei offenſam, de qua etiam in epiſtola ad Corinthios priori ſcribitur: Ideò inter vos multi infirmi ſunt, & dormiunt multi: & immutationem non ad gloriam, quæ ſolis debetur ſanctis, ſed ad incorruptibilitatem, quæ omnibus communis erit, vult intelligi. Non diſsimulat tamen nonnullos fuiſſe (ſicuti & hodie ſunt) qui ex hac lectione aſſeruerunt, multos in corporibus viuos reperiendos, aduenientе ad iudicium Domino, qui communi mortis lege extinguendi non ſunt: quos Diuus Auguſtinus exiſtimat eodem temporis ſpatio, quo iuxta eundem hunc Apoſtolum, cum reſurgentibus rapientur

Ter. lib. de reſ. car. circa mediū. Hilarius in pſal. 118. Orig. con. Cel. libr. 5. cir. exord. Itē περὶ ἀρ. c. x. & aliās. n.

1. Cor. 11.

De ciu. dei li. xx. c. xx.

1.Thes. in nubibus obui.Ch.in aëra,& passuros mortem & accepturos immortalitatem: atque etiam huc spectare volunt, quod in priori ad Thes. ep.scribitur, nos qui viuimus residui su. in ad.&cæ. vsq; qui viuemus q relin. simul rapiemur cum il.in nu.ob.Chri. in aëra. Tertia lectio ea est, quæ in latinis duntaxat extat codicibus, omnes quidem resur. &cæ. De his qui plura desiderabit, videat annotationes nostras in illud 1.Thes.4. Nos qui viuimus: item Hiero.epistolam supra indicatam,& Aug.li. de ciu.Dei 20.c.20.& Tertul.li.aduer. Marcio.5.in 2.epi.Cor.

Ibidem.

Stimulus mortis peccatum, uirtus uero peccati lex. Mors aculeum habet peccatum, quo ferit mortaleis: non quòd mors delictum operetur, sed contra, delicti aculeus generat mortem. Peccati verò robur lex ipsa est: non q; peccatum ipsa augeat suapte natura, sed quod delicti nobis magnitudinem commonstret, ita vt grauius sit delictum, si delinquamus sciētes. Virtus ergo magnitudo & fortitudo additur peccato per legem, vtpote qua dinoscitur esse peccatum: quod autem morti stimulos addit eādemq; mortalibus infert, peccatum est.

Ex capite XVI.

DE *collectis autem quæ fiunt in sanctos.*) Id est, de eleemosynarum vestrarum collectione, quæ subleuandis pauperum Christianorum necessitatibus impertiuntur.

Ostium mihi apertum est magnum, & euidens, & aduersarij multi. Quid est ostium apertum est magnum? Multi ad amplectendam fidē parati: ampla

mihi

mihi patet via, nimirum tantopere sitientibus multorum animis ad euangelij prædicationem: Sed rursus aduersarij quàm plurimi, quibus nititur sathan & illorum profectũ, & nostrũ præpedire accessum.

Anathema. Maran atha. Anathema quid sit supra explicuimus. huius epi. ca. 12. cęterũ maran atha magis Syrum est, inquit, Hierọ. quàm hebraicum, & in Ad Marcel terp̃tatur, dominus noster vênit: vt sit sensus: Si quis lã: Nuper non amat dominum nostrum Iesum Christum ana quum pa. thema sit: & illo completo deinceps inferatur. Dominus noster vênit, quod superfluum sit aduersus eum odijs pertinacibus velle contendere, quem venisse iam constet. Hęc ille. Alij maran atha exponũt, in aduẽtu domini nostri, vt cohæreat superioribus: sit anathema in aduentu do. no.

IN ALTERAM EPISTOLAM AD CORINTH.

Scholia.

Ex capite I.

Supra modum grauati sumus, supra uirtutem.) Apostolus his verbis vsus est. Καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν. Sensus est: Per excessum, vel excessiuè grauati sumus vltra potentiam, talisq́ue fuit tribulatio, vt nostras etiam vires excederet.

Sed ipsi in nobisipsis respõsum mortis habuimus.) Id est, ipsi nobis in tali persequutione ac præssura

constitutis etiam mortis denunciationem siue responsum pollicebamur.

Vt ex multarum persona facierum, eius, quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.) Archetypus ad hunc habet modum: ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων, τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν: Hoc est: Vt ex multis

A. personis, vel (secundum alios) vt in multorum facie, super dono in nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis. Porro interpres in reddenda voce προσώπων, quo magis vocabuli energiam exprimeret, periphrasi vsus est. Nam πρόσωπων non modo personam, sed & faciem ipsam declarat: & ex facie persona dinoscitur. Dicit ergo, ex personis multarum facierum, hoc est, ex diuersis diuersorum aspectuum & conditionum mortalibus.

Abundãtius autem ad uos.) Id est, maxime autem apud vos, vt quibus gratis euangeliũ depredicarim.

Vt secundam gratiam haberetis.) Id est, vt duplex vobis gaudium vel donum adderetur: de epistola alterum, alterum, de præsentia: vel prius, de meo ad vos accessu priore, posterius de secundo.

Vt sit apud me est, & non?) Id est, ita vt instabilis sim ac nutabundus. Vt particula sequelam hic indicat.

Non est in illo est, & non: sed est, in illo est. Haudquaq̃, inquit, vlla est in sermone nostro instabilitas aut leuitas, vt sui posit esse dissimilis: sed inconcussa firmitas, & perpetuus in ipso tenor perseuerat. Cæterum τὸ est, pro etiam posuit interpres: nam græ-

græcis est, οὐκ ἐγένετο καὶ οὔ.

Quotquot enim promißiones Dei sunt, in illo est. Ideo per ipsum amen Deo, ad gloriam nostram. Græca nonnihil euidentiora sunt, sed discrepant interim à nostris. Nam quod illis est, ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, τῷ θεῷ πρὸς δόξαν, δι' ἡμῶν, nobis sonat, quotquot enim promissiones Dei sunt, in ipso etiam, vt in ipso amen, Deo ad gloriã per nos. Verum ambiguum adhuc relinquitur ipso particula, filium ne referat, an etiam. Mihi probabilius videtur, & in priori, ipsum quod adiungitur etiam, demonstretur, in altero ipsum amen, in hanc sententiam. Quotquot sunt Dei pollicitationes, per nos supple fiunt, ac fidelißima ipsa veritate ac certitudine manifestantur: & id quidem non nobis sed Deo ad gloriã. Atque ita suberit hyparbati figura Paulo non infrequens. Quanquàm non negauerim sanã esse sententiam vt sic dicatur. Quotquot sunt promißiones Dei, per ipsum etiam & per ipsum amen sunt, vel cũ hac assertione etiã & amẽ coniunctæ sunt, hoc est verę efficaces & fideles sunt, ad Dei gloriam per nos, qui promissorũ Dei sumus participes. Vel ad Dei gloriã, quam illi per nos exhibet. Cęterum qui vulgatã nostrã editiõem sequi maluerit hanc habeat intelligentiã. Quotquot promißiones Dei sunt, in illo, scilicet Christo Dei filio ẽ sunt, hoc est, veritatem habent & implentur in Christo. Ideo per hũc amẽ dicimus Patri Deo, veluti promissorum firmitati fidelitatique consentientes, eique veritatem ipsam acceptam ferentes, ad gloriam nostrã. Au.in.Co.

Quòd

Quòd parcens uobis nõ ueni ultra Corinth. Nõ ve ni,inquit, Corinthum ἔτι amplius, siue hactenus, vt vos tandem aduenìens emendatos offenderem, quos acrius seueriusq́ castigassem, si citius adueniens necdum resipiscentes vidissem.

Non quòd dominamur fidei uestræ,sed adiutores sumus gaudij.) Fides quum primum amplectitur

A. voluntaria sit oportet,non imperio coacta: & ideo non dominamur, inquit,vestræ fidei: sed nihil non

X. facimus gaudij vestri gratia, quod sane imminueretur si seueriore vos increpationi præoccupassem.

Ex capite II.

STatui autem hoc ipsum apud me.*)Nempe nõ iterato cum mœrore ad vos venire.

Non me contristauit,sed ex parte, ut non onerem omnes uos.)Non me in totum tristitia affecit,vt mœrore conficiar,sed ex parte duntaxat, ne vos quoq́ ex mea tristitia grauemini. Vel vt non onerem omnes vos,id est,ne vobis omnibus mœroris mei cau-

G. sam imputẽ.Theodorus grę.hũc sensum facit. Non me solum, sed in parte etiam vos contristauit: nec enim vos omneis incuso tanquàm fornicario illi cõ sentientes.

Obsecro uos ut confirmetis,in illum charitatem.) De fornicario loquitur, quem priore epistola satanæ tradiderat: erga quem vult siue in corripiendo siue in condonando firmam stabilemq́ semper esse dilectionem.

Cui autem aliquid donastis,Et ego.)Supplendum donaui siue condonaui: subest enim eclipsis,sicuti

&

& in his, quæ sequuntur: Nam & ego quod donaui, si qd donaui, propter vos, vbi similiter donaui sub audiendum est.

Qui semper triumphat nos in Christo.) Hoc est: victores nos per Christum efficit: vel vt Hiero. explicat, triumphat nos, pro eo quòd est, inquit, triumphat de nobis, siue triumphum suum agit per nos. H. Hedib. quæst.11.

Ad hæc quis tam idoneus.) Tam particula adiecta ab interpte est, quo & sensus sit dilucidior, & aptius cohæreant hæc sequentibus. Sentit autem ad Christi spargendum odorem sese idoneum, quippe qui ad quæstum non abuteretur Dei verbo.

Adulterantes uerbum Dei. Id est, falso sensu corrumpentes. Græcè est καπηλεύοντες cauponātes, hoc est cauponum more ad quæstum venditantes. Priorem sensum indicat Amb. alterum Hiero. At Chry. græcæ vocis edisserens metaphoram comprehendit vtrunq;. Nam hoc est, inquit, cauponari, vbi quis adulterat vinum, vbi quis pecunia vendit quod gratis donari oportuit: quandoquidem hic mihi videtur illos taxare de quæstu: & quod dicebam, rursus subindicare, quod sua miscerent diuinis. Quod reprehendens & Esa. dicebat: Caupones tui miscent vinum aqua. Hie. Hędibiæ. q̄ſ.11. Iesa.1.f.iuxta Sept.

Ex capite III.

MAnifestati.) Ad illud, vos estis, quod pręcessit referendum est.

Fiduciam autem talem.) Qua tam fidenter gloriamur vos nostram esse epistolam, nosq; vobis bonum esse Christi odorem &c. talem ac tantam, inquit,

quit, habemus fiduciam ad Deum per Christum.

Non literæ sed spiritus. Litera enim occidit, spiritus autem ui. Ita legendum arbitror, vt græcis respondeat, simul & sensus sit apertior. Genitiuos literæ & spiritus cum vtrolibet, siue cũ ministros siue cum testamentum poteris construere. Ministros, inquit, nos effecit noui te. & quid nam hoc sit quasi explanando subdit: non ministros literæ, sed spiritus. Vel ministros nos effecit no. tes. quod testamentum nõ literæ, id est, non literale, sed spirituale est. Attamen, si malis genitiuos græcos per ablatiuos resoluere, sensus erit: Ministros nos effecit, non secundum literam, vt olim in lege veteri, sed secundum spiritum vt spiritu seruiamus Deo. Porro litera, lex illa vetus est, sed iuxta elementa intellecta: alioqui & ipsa hoc eodem teste apost. spiritualis est: spiritus, lex fidei seu
X. gratia ipsa est. Illa supplicio efficit & mactat delin-
Ro.7.c. quentes, hoc resipiscentem peccatorem iustificat, à morte peccati liberat, & viuificat. In hoc sensu (q̃d ad literam occidentem & spiritum viuificantem attinet) sunt Chryso. & Amb. At Aug. duos alios adfert. Iuxta priorem, litera occidit, quum quæ figuratè dicta sunt & absurditatem habent vt pleraque in Can. cant. carnaliter intelligo: spiritus viuificat, quum interiorem hominem spirituali intelligentia nutrio. Iuxta alterum sensum: litera occidit, quum lex docet non esse peccandum, et scire potius docet quàm cauere peccatũ, atq; adeo auget potius quàm minuit desiderium malum, ac tandem post prævaricationem occidit. Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex di. non concu. Et, occa-

Aug. de spiritu & lite. ca.4. & 5.

Ro.7.b.

sione

ſione accepta peccatum per man.ſedux.me, & per il.oc.Ecce quid ſit,litera oc. Spiritus viuificat,quum inſpirat pro concupiſcentia mala, concupiſcentiam bonam: hoc eſt, charitatem diffundit in cordibus n. Hunc poſteriorem ſenſum aſſerit idem Aug. altero illo potiorem. Eligat tamen ex his ſtudioſus quiſq; quem maluerit: ego magis quod Am. & Chryſo. habet probarim: imo niſi D.Aug.tam eſſet autor grauis, hoc poſtremum vt obſcurius, ita & iudicarem violentius.

Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata. Miniſtrationem mortis veterem legem appellat, eo quòd præuaricatoribus mortem miniſtraret. Quod autem hic dicitur deformata, ab apoſtolo ἐντετυπωμένη ſcribitur, id eſt, inſculpta, impreſſa, deformata, hoc eſt formata, ne vocis capiaris ambiguitate.

Nam nec glorificatũ eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.) Tanquàm dicat: Tanta eſt nouæ legis gloria, vt propter hanc ne glorificatum quidẽ exiſtimetur veteris legis miniſterium, quod aliqua ex parte clarere viſum eſt ob Moſi relucentem faciem.

Multa fiducia utimur.) Græca vox παῤῥησία amplius & aliud quiddam ſignificat, quàm latinis fiducia, aut libertas, nimirum talem fiduciam, quum palam quis loquitur quod ſentit omni poſito timore, nullius reſpectu commotus: eſtq; contraria fere aſſentationi.

Et non, ſicut ponc. Moſ. uelamen ſuper fac. Sermo

anapodoton habet: supplendum est enim, & non facimus, aut simile quippiam.

Vt non intenderent filij Israël.) Non simpliciter ne intenderēt, sed quoniā intendere haudquaquàm valebant. Non valebant verò, quia peccatis obtenebrati, quia fide vacui: atque ideo Moses quoties loqueretur populo velo faciē obtegebat, duas res hoc argumento demonstrans: primum quidem Israelitarum cæcam (vt ita dixerim) stupiditatem, aut, si mauis, stupidam cęcitatem: deinde subindicans abolēdam tandem illius legis gloriam, quæ neq; tū quidem apparuerit, aut conspici potuerit quum exhiberetur: quippe gloria illa vt videri non poterat, sic nec gloriæ est habenda loco. Iā verò quod sequitur.

In faciem eius quod euacuatur.) In græcis exem. in finem legitur, id quod Amb. & Aug. sequuti sunt: εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου id est, in finem eius qui aboletur, vel eius rei quæ aboletur. Vt ne perspicerent, inquit, filij Israel in finem: quippe qui consummatam & penetrantem legis cognitionem non haberent. Finis autem eius rei quæ aboletur, siue hanc legem veterem, siue ipsum Mosen accipias, qui mortalis, & ob id abolendus erat, Christus est: quem Iudæi infirmos fidei oculos habentes aspectare nequeunt: sed velo legis carnaliter intellectæ suos oculos obtexunt. Neq; vero alius se sensus offert, etiam si in faciem legamus iuxta latinorū codicum communem consensum, quemadmodum et græci non
n. nulli habere dicuntur, astipulante etiam Chryso. (licet id quidam neget,) qui palam in faciem legit, sed interpretatur in finem legis iuxta sensum supra indica-

dicatum. Cęterũ ne quid desit q̊d vel curiose deside-
ret studiosus, Diui Am. aliquanto secius hunc enar-
rãtis locũ, commentũ subscribo. Ideo ponebat vela
mẽ, quoniã splendorẽ vultus eius ferre non poterãt
causa peccati: quo sublato pietas datur videndi glo
riam Dei vsq; in finem eius, qui tam diu non reuela
tur, quàm diu relicta lege conuertantur ad gratiam
Dei, & sic euacuatur. Accedente enim dignitate per
fidem, euacuatur indignitas.

Sed obtusi sunt.) Velamen quidẽ veteris legis eua
cuatur, sed excęcatæ sunt Iudæorum mentes, nec va
lent nudatæ iam veritatis contueri fulgorem. νοήματα.

Cum autem conuersus fuerit, aut conuersi fuerint.
Per me neutrã improbare licebit lectionem: hic vt fi
lij Israël, ibi vt Israël tantum subaudiatur.

Dominus autem spiritus est. Nõ vt Moses corpora
lis & crassus. Et quicunq; à crasso Mose, hoc est, à car
nali lege ad spiritum sese conuerterint, liberi effi-
cienter à legis oneribus. Quod apost. manifestat dũ
subdit.

Vbi spiritus domini ibi libertas. Nõ q; à tota simus
lege liberi, sed ab ijs duntaxat quæ ad cęremonias et
iudicia pertinent. Nam de ijs quę ad mores spectãt,
ita dominus p̃cipit: Si vis ad vitam ingr. ser. mã. Nec
rursus liberi sumus vt licentius peccemus, quę seruі-
tus est lõge turpissima: sed vt tali seruitute liberi, vo
lentes pietati & bonis operibus instemus.

*Nos uero omnes, reuelata facie, gloriã domini spe-
culantes, in eandem imaginem transformamur, à cla-
ri. in cla.* Respexit ad Mosen, qui quũ montem con-
scenderet domino loquuturus retectã habuit faciẽ,

in qua ceu in ſpeculo excipiebatur reddebaturq́ domini gloria, tametſi eā conſpectare Iſraelitæ nequirent. Ita & nos omni per ſynceram fidem remoto velamine domini gloriam κατοπτριζόμενοι, id eſt, quaſi è ſpeculo, vel per ſpeculum contemplantes, in eandē gloriæ imaginē transformamur, hoc eſt, diuinæ gloriæ ſplendoriſq́ participes efficimur, ita vt nō modo intueamur ipſi, verum etiam à nobis exceptum Dei ſplendorē, quum in cæteros tū maxime
A. in eum à quo proficiſcitur reflectamus. Transformamur autem à claritate in claritatem, ſiue à gloria in gloriam, hoc eſt, à gloria ſpiritus in gloriā noſtram quæ gignitur in nobis. Vel iuxta Aug. de gloria qua filij ſumus Dei, in eam qua ſimiles ei erimus, quoniā videbimus eū ſicuti eſt: vel etiam à gloria in gloriam magis ac magis exuberantem. Transformamur di-
B. co, tanq̄ qui gloriam hāc atq; imaginem non ab homine quopiam mortali, ſed à ſummo illo glorię totius fonte domini Spiritu accipiamus. Aut, ſi mauis ſentētiam Ambroſianam, à gloria ad gloriam ſicut à domini ſpiritu, id eſt, ſublati beneficio Dei glorię Moyſi, quam reatus cauſa cernere nequibamus, trāſformamur ad gloriam quam credimus dari nobis à domini Spiritu. Atq; ita illud tanquàm à domini ſpiritu ad gloriam pertinebit, quum iuxta ſententiā præcedentem pertineat ad transformamur. Cæterum, quod ad græcā attinet lectionem, ſcito illud κατοπτριζόμενοι haudquaq̄ ſignificare in ſpeculo repreſentantes, vt à quodam conuerſum eſt, quum hoc ipſum ad explanationem potius faciat eius quod ſequitur τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, id eſt eandem imaginē transformamur, de quo mox dicemus.

cemus

*emus:sed proprie significare speculantes, siue quasi per speculum videntes, vt intelligas non tam à speculo, quàm à spectando sumendā etymologiam: quemadmodum & Græcis κατοπτρίζομαι dicitur quidem ἀπὸ τοῦ κατόπτρου, id est, à speculo, sed interim vtrunque vocabulum ab ὄπτειν primam ducit originem. Quod si mihi diffidis, vide quid interpretetur Ambrosius, quid Theoph. quid Tertul. denique quid Augustinus, qui li. de tri. 15. cap. 8. totum etiam hunc locum accuratius explanat. Iam in eo quod in græcis legitur, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, pro quo in vulgata versione legimus in eandem imaginem transformamur, vt eadem vtriusq; sit sententia, ibi subaudienda est κατὰ præpositionis particula: alioqui quoniam vox illa μεταμορφούμεθα ad actionem & passionem significandam ambigua est, poterit & hæc esse intelligentia: Dum gloriam domini speculamur, eandem etiam gloriæ imaginē transformamus. In eo aūt quod legitur ἀπὸ κυρίου πνεύματος, non est quod te moueat cōstructionis amphilogia: vna tibi placeat sufficiatq; constructio, ecclesiæ & plurium vsu probata. Prædictis item astipulatur & Diuus Hieronymus in Commentarijs in Ezechielem capite trigesimo octauo, adducens hunc locum his verbis. Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem reformamur à gloria in gloriam quasi à Domini spiritu: itemq; Hesichius in Leuit. ca. 9.

Theo. li. 5. cō. Mar.

Ex capite IIII.

SEd *abdicamus occulta dedecoris.*)Id eſt,abnegamus,reijcimus, propulſamus fucata & occulta ſcelera, quæ manifeſtata probro ſunt perpetranti.

*Adulterantes.uer.*D.Id eſt,vitiantes δολοῦντες,anceps eſt ad dolo tractantes & falſificantes. D.Amb. cum interprete idem hic intelligit quod ſupra ca.2. vbi eſt, καπηλεύοντες, cauponantes.

*In quibus Deus huius ſecu.excæcauit mentes infidelium.*Idem,quod explanatius diceretur, mentes infideleis. Quod ad reliquam præſentis loci partem attinet, poteris Deum huius ſeculi, ſummum illum vniuerſorum Deum intelligere: qui eodem modo ſenſus incredulorum excæcare dicitur, quo tradidiſſe philoſophos in reprobum ſenſum:& quo ſer-
Ro.1. uator ipſe in hunc ſe mundum aduenisse dicit, vt
Iohan.9. qui vident cæci fierent. Verum interim mihi magis probabitur, ſi Ambroſianæ ſententiæ cum huius ſequacibus ſubſcribentes, deum ſeculi huius ſatanam intelligamus,ſecularium hominum deum: quem etiamnũ ſeruator ipſe huius ſeculi principem
Iohã.12.c. appellare non veretur.Neque abſurdum videri debet,ſi diabolo dei cõmunicetur vocabulum,quum ſcriptum ſit,omnes dij gentium dæmonia:&,ſi ex-
Pſal.95 pandi manus meas ad Deum alienum. Cæterum
Pſal.43. quod nonnulli clauſulam huius ſeculi,ad poſteriora referunt, meo ſanè iudicio, violentum quid, &
X. à mente Pauli videretur alienum, niſi interim ve-
Ire.li.3.c.7 terum quorundam in ea opinione tenerer autoritate, quorum ſententijs temere contraire nephas eſt. At vero ne non ignores quid illos mouerit vt eiuſ-

eiusmodi distinctionem præscriberent, qua huius seculi, per hyperbasis figuram cum infidelium con struereretur, fecit tum Manichæorum dogma, qui hu ius mundi diabolum prædicant fabricatorẽ, proq; errore suo tuendo hunc Pauli locum adducunt in testimonium: tum etiam Marcionistarum dementia, qui de opifice ipso orbis terrarũ Deo, iusto solũ, at nõ bono, asserunt hoc esse dictum. Horum itaq; assertionibus contraire volentes orthodoxæ propugnatores fidei, de vero Deo hęc dicta esse assumarunt. Atq; id quo esset euidentius, indicant ordinem orationis supra commemoratum. Quæ occasio si defuisset, nõ arbitror sanè quòd tam affectatam distinctionem præscribere studuissent. Neq; vero si cõplexim legamus, deus huius seculi, mox cõsequitur diabolum, aut aliũ nescio quem, huius fuisse mundi fabricatorem: quum è multis alijs diuinæ scripturæ locis pateat contrarium: vt ne commemorem (nisi de vero hæc Deo accipias) αἰῶν hoc loco æuũ potius significare. De hoc etiam habes apud Tert. li. con. Marcio. 5.

Vt nõ fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi. Vt ne possit, inquit, illos lætum illud gloriosi euãgelij Christi lumen illuminare. Possunt & sic construi genitiui: vt non fulgeat illis illuminatio euangelij, hoc est prędicationis glorię Christi. Itẽ sic: ne illusceret illis lumen gloriæ euangelij Christi. Verum illud euangelium gloriæ, pro euangelio gloria pleno, seu glorioso, solennius est phrasi apostolicæ.

Deus qui dixit, hoc est, uerbo fecit è tenebris lucẽ.

Gen.1.a. *il & cæ.* Vtitur autem dicendi vocabulo, propterea quòd n... a Gen. scriptum sit: Dixitque Deus: Fiat lux: vbi & sequitur, & diuisit lucem à tenebris.

Ipse illuxit in cord. nostris ad illuminationem sciẽtiæ claritatis Dei, in facie Chri.) Et hic anceps est verborum, & sensus, & syntaxis. Licebit enim sic dicere: Deus ipse illuxit cordibus nostris, ad illuminationem sciẽtiæ, hoc est, vt illuminati simus scientia, cognitionemque habeamus maiestatis ac gloriæ eius, quæ in facie est Christi Iesu. Dicens autem, in facie, potius quàm in Christo respexit ad Mosi vultum Dei claritate refulgentem: de quo iam supra
X. meminerat ca. pręcedenti. Item sic: Is cuius olim claritas in vultu resplenduit Mosi, cuius tamen splendor nę oculis quidem carnis tum conspici potuit, ipse nunc tandem cordibus nostris per Christi re-
A. fulgentem faciem illuxit, quo & per nos latius dilucescat ac propagetur maiestatis claritatisque diuinæ cognitio. Duriusculum videtur quod Chrysostomus illud in facie Christi, cum γνώσεως scientiæ coniungit, dicens hoc ipso monstrari per Christum nos ad Patris venire cognitionem.

Habemus autem thesaurum istum.) Illuminatiõis scilicet & cognitionis diuinę, qua cæteris Christi bonum odorem spargimus.

Vt sublimitas sit uirtutis Dei, & non ex nobis.) Vt eminentia gratiæ nobis collatæ, non nostris viribus asscribatur, sed potentiæ Dei. Quanquàm ex apostolo ita loquente ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυ-

δυνάμεως ἐκ τοῦ θεοῦ, duplex possit haberi distinctio. Altera illud sublimitas subiecto punctulo segregat, à sequentibus, iungitque virtutis cum dei, ... pacto: Vt sublimitas, scilicet nostra, virtutis sit diuinæ. Atque hanc sequutus est vetus interpres. Altera, virtutis, à dei disiunctum cum sublimitas iungit, in hunc modum: vt sublimitas virtutis nostræ, Dei sit sublimitas, non ex nobis: hoc est, vt nostra tam eximia tamque excellens virtus haudquaquã nobis, sed Deo tribuatur. Porro δυνάμεως significantia in multis scripturæ locis non magis angusta est, quàm apud latinos virtutis. e. n.

Aporiamur.) Aporiari est perplexum esse, inopia præmi, consilio & auxilio egere, à græco verbo ἀπορεῖσθαι, id est, dubitare, hærere, consilij inopem esse, deficere. Hinc ἀπορία, inopia, perplexitas, dubitatio.

Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferẽtes, ut & uita Iesu manifestetur in nobis.) Hoc est: morti mortisque periculis cotidie subijcimur, in hac parte dominum imitantes, vt si commoriamur, simul etiam cum Christo viuamus.

Ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis. Id est, nos varijs periculis, tentationibus ac mortibus sumus, ob fidem quam annunciamus vobis, ex positi: at ex hoc vita qua vere viuitis, victuri in æternum operatur in vobis: nam vestræ salutis gratia hæc ipsa perpetimur. X.

Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, credidi pr. quod lo. ſum, et nos credimus propter quod & loquimur: ſcientes quoniam qui ſuſ. etc. Quod, inquit, huiuſmodi eſt. Quum eundem cum Dauide nacti ſimus fidei ſpiritum, quo in perſequutionibus et tẽtationibus conſtitutus, & ex eis ſolius Dei ope ereptus confidenter aiebat: Credidi propter quod lo. ſum: ita & nos indubitata fide credimus, & eam ob cauſam confidenter loquimur. Sed quid nam inquies credimus ac loquimur? Quòd non modo ab vniuerſis periculis ac mortibus ſimus eximendi, verum etiam quòd qui ſuſcitauit Ieſum, & nos item vnâ cum ipſo ſit ſuſcitaturus, ſimúlque vobiſcum qui & fidei & tribulationum noſtrarum eſtis participes, in commune etiam gloriæ conſortium ſit exhibiturus.

Et con. vo.

Omnia autem, quæ iam ſupra commemorata ſunt, propter uos, & facimus & dicimus. Sic autem pręmiſerat apo. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, aporiamur, &c.

Vt gratia abũdans per multos, in gratiarum actione abundet in gloria Dei.)Vtraque lectio non vnam admittit conſtructionem. Poteſt enim ſic conſtrui: Vt abundans Dei gratia, abundet ad gloriam Dei in gratiarum actionem per multos, id eſt, apud multos. Rurſus ſic: Vt Dei gratia abundans per multos, in, id eſt, per gratiarum actionem, abundet in gloriam Dei. Item: vt ea gratia quæ per multos abundat in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. Cæterum gręca lectio,

ἵνα

ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν, περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, sic accipi & constitui potest: Vt gratia quæ exuberauit, abundet propter multorum gratiarum actionẽ in gloriam Dei. Vel sic: Vt gratia propter multorũ gratiarum actionem exuberans, abundet in gloriã Dei. Potest & verbum περισσεύσῃ transitiuè accipi, adhærẽte huic accusatiuo εὐχαριστίαν hoc pacto: Vt gratia quæ per plureis sparsa exuberauit, faciat vt exuberet etiam gratiarum actio in gloriam Dei. Atque hunc sensum apud Theophylactum reperio latinitate donatum. Istiusmodi humilioribus cogor nonnunquàm bonas horas perdere, quum ob pueros, tum etiam ob alios quosdam in eiusmodi discutiendis ad superstitionem ferè curiosos. Et tamen nihil ferè prædictorum exactè videtur indicare quod sentit Apost. Proinde neglecta, vt veteres ferè faciunt, tam exactæ constructionis ratione, ex præcedentibus Apostoli verbis, & Ambrosio tale quid insinuari mihi persuadeo. Nihil refugio laborum periculorúmue vestræ salutis gratia, quo videlicet Dei tam diues & larga gratia, pluribus semper prodesse gestiens, apud quàmplurimos propagari semper cum gratiarum actione posśit atq; augeri, ad laudem & gloriam Dei. E.

Ex capite V.

SI terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo *habemus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis.*) Tenementum σκήνους tabernaculi domum, carnem hanc di- A.

A. cit mortalem: domum æternã, corpus immortale quod in cœlis esse dicit, propterea quòd ibi sit in Christi capitis nostri corpore, nostræ futuræ incorruptibilitatis gratia.

Nam in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes, si tamen uestiti, & non nudi inueniamur.) Non vno incommodo præsens locus implicitus est. Nam præterquàm ꝙ sensus ipse metaphora cõuestitus est, habet & phrasin quandam (ne dicam solœcon) latinis auribus inauditam, quæ facit ne vel facile posit animaduerti, eum his verbis sensum comprehendi, quem veteres tradunt explanatores. Nam quum dicit ingemiscẽtem se percupere vt domicilium illud cœleste superuestiri mereatur, sentiens resuscitati corporis beatã immortalitatem, superuacaneũ videtur vt hanc adijceret clausulam, si tamen vestiti & nõ nudi inueniamur, quum haudquaquàm fieri queat, vt qui gloria illa fuerit immortalitatis superuestitus, posit nudus aut non vestitus eadem ipsa gloria reperiri. Quod autẽ in hac clausula, de nuditate, sentiat ab ista iam dicta gloria, palam indicant veterum cõmentarij. Animaduertendũ igitur, quòd quum prius non satis apertè dixisset, cuiusmodi habitationem superinduere cuperet, quasi explanando sese subiungit: Si tamen vestiti, & non nudi inueniamur: tanq̃ si ita apertius inquiat: Hic interim in huius vitæ tribulationibus suspiramus, cœleste & incorruptibile domicilium optantes induere: sic tamen vt ne nudi, etiamsi simus immortali corpore induti, sed cum immortalitate, etiam gloria inueniamur superuestiti.

ſtiti. Fruſtra ſiquidem, imò miſerè fuerimus immortales, niſi cum immortalitate cœleſti fuerimus claritate donati. Quandoquidem iuxta eundem hunc Apoſtolum, omnes quidem & pij & impij ad immortalitatem reſurgemus, at non omnes ad cœleſtē claritatem immutabimur. Cæterum quod ad voces quaſdam attinet, illud ἐν τούτῳ, in hoc, incertū eſt, an accipiendum ſit, pro, hac de re, vel hac in re, nempè in tribulationibus quas ſupra commemorauit: an referat τὸ σκῆνος, id eſt, habitationem: deniq; an ponatur, pro, ob id gemimus, quòd cupiamus ſuperindui. Admonent præterea veteres, pro veſtiti, in nõnullis codicibus expoliati ſcriptum fuiſſe, hoc ſenſu: Siquidem expoliati hoc corpore, Chriſtum fuerimus veſtiti. Nam quicunque in Chriſto baptizantur, Chriſtum induunt: qui ſenſus etiam aptè quadrat in lectionem priorem, tametſi hoc illi non indicēt. Tertullianus habet deſpoliati. Siquidem & deſpoliati, inquit, non inueniemur nudi, id eſt, recipientes quod deſpoliati ſumus, id eſt, corpus. Alibi exuti, quod idem eſt. Item Paulinus: Si deſpoliatus à corpore, non inueniaris nudus ab opere.

1. Cor. 15. g
E.
A.
ἐκδυσά-
μενοι.
Ter. lib. ad Marci. 5.
Libr. de reſurrect.
Paul. ep. ad Seue. 6.

Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eò quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt, à uita.) Rurſus hic ſemet quaſi explanat, & quur dixerit ſeſe ingemiſcere: Propterea (inquit) ꝙ nolimus hoc corpore (quod ad ſubſtantiam attinet) diſpoliari: & quid dixerit ſuperueſtiri, vt abſorbeatur, inquit, mortalitas à vita. Senſus ergo eſt: Qui in hoc verſamur corporis nr̄i tuguriolo, varijs ipſius preſſi moleſtijs,

atq; incommodis, gemendo precibus Deum solicitamus (ita enim ferè Ambr. ingemiscimus explicat) nõ vt corpore ipso expoliemur, quod ad ipsius substantiam attinet, nolumus enim hoc exui: sed vt absorpta quæ nobis negotium facessit corruptibilitate, superinduatur immortalitate cum gloria, ne vltra mori possit, aut passionibus implicari: hoc enim est absorberi à vita. Nec em̃ dicẽdus est absorberi à vita, qui ad hoc surgit vt agatur pœnis. Hic iam animaduertis, ni fallor, quo illud, grauari, quoq; ingemiscimus, referendum: ne arbitreris grauati ad immediatè sequentia pertinere, eò quòd nolumus expoliari. Pulchrè autem corpus hoc mortale tabernaculum appellauit, quod pastorũ, militum & viatorum est, eoq; & temporariũ, quum supra corpus immortale domum & habitationẽ vocarit, vt quæ sit firmius permansura.

X.

A.

X.E.

Audentes igitur.) θαῤῥοῦντες. Verbi emphasin reddere cupiens Interpres, non confidentes, sed audentes ait: hoc est, audaci & infracto animo fidẽtes. Ac mox, audemus .i. constanter confidimus. Porrò in audentes & scientes, sumus subintellige: aut cõplexim, si malis, ad hunc modum lege:

Audentes igitur semper, & scientes, quoniã dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino.) Hoc est, peregrè agimus, nimirũ à domino semoti, (per fidem enim amb. non per speciem:) audemus aũt, & εὐδοκοῦμεν, bonam voluntatem habemus, siue ꝓbamus, vt possimus à corpore potius esse peregrini, domino autem præsentes, quàm contra, in corpore præsentes, à domino aũt peregrini. Hic autem animad

Bo. vo. ha. mag. pere. à cor. &c.

maduertendum ꝙ quia per parenthesim illam, per fidem enim, interceperat orationem, ad eandem regrediens, verbo vtatur, gaudemus, quia supra audẽtes dixerat.

Scientes igitur timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus.) Terrorem, inquit, extremi illius iudicij Dei quum certò sciamus, atrem peramus nosmet, omniq́ꝫ studio cõnitimur, ne quẽquam hominum offendamus, vt probati quoqꝫ simus hominibus, (id em̃ est hominibus suademus) Deo autem nõ est quod suadeamus, nam illius oculis conspicui sumus ac manifesti. Caue aũt ad hunc modum construas, suademus hominibus timorem dñi. Nouè enim vsurpatur verbum suadeo, & hic, & Gal. 1. Modò enim hominibus suadeo: quod Aug. vtrobiqꝫ sic enarrat, quasi suademus idem sit quod, probatos nos reddere cupimus, sicuti hic fere accipit Chrys. iuxta sensum supra positũ. At Ambro. illic quidẽ suadeo interpretatur satisfacio, hic autẽ secus accipere videtur: sic em̃ (vt paucis comprehendam) explicãdo supplet. Suademus ad bonum sensum & vitam, & vt credant, sibiq́ꝫ ante iudicium prospiciãt. X. ●. Aug. in ep. ad Gal.

Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur.) Subintelligendum est aliquid, quo sermo sit absolutus: veluti, vt habeatis vnde gloriari possitis aduersus eiusmodi, qui inaniter in conspectu hominum gloriantur, vacui interim vera, quæ in corde coram Deo est, gloriatione. Vel, vt habeatis quod respondere possitis his, qui facietenus gloriantur. Est recentior quidam, qui tradit, habeatis, positum esse, pro possitis gloriari. X. E.

Siue

Siue enim mente excedimus, Deo: *siue sobrij sumus, uobis.*) Hoc dicit: Siue per excessum mentis sublime quid loquimur, certè ad Dei gloriam id agimus, vt ne vos existimantes, nos vileis contemnatis, & pereatis: siue humilia & mediocria loquimur, id vestri profectus causa facimus. Quid enim

X.

In Collec. Bedæ. est, inquit Augustinus, mente excesimus? Vt illa videamus quæ non licet homini loqui. Quid est temperantes sumus vobis? Non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quòd ergo mente excesimus Deo, vos capere non potestis, quia carnales estis, nos carnalia omnia excesimus: Deo ergo mēte excesimus. Quod autem temperantes sumus, vobis temperantes sumus, vt vestris commodis seruiamus. Qui plures desiderabit explanationes, legat Theoph. commentarios, itemq; Bedæ ex Augustino collectanea.

n.

Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.) Siue, inquit, excedimus sublime quid loquentes, siue dejcimur humilius quid proferentes, ad vestrum profectum omnia: non vt nostrum nomen, sed vt Christi cognitio latius proferatur, in multorum salutem. Nam immensa illa Christi in nos charitas, huc nos extimulat, expendentes hoc, nempè si Christus mortem oppetijt, vnus pro omnibus, ergo omnes vnà cum ipso iam demortui sunt, & per consequens omnium cogor quærere salutem, nec frustrà pro ipsis Christus videatur dependisse. Quanq̄ variè sumi potest illud: Omnes ἀπέθανον, mortui sunt, siue mortui fuere, vt intelliga-

A.X.

telligamus omneis fuisse æternæ morti obnoxios. Vel omnes mortui sunt, id est, omnes sumus corporali morti obnoxij propter primi parētis transgressionem. Vel mortui sunt, morte peccati, siue originalis, siue nostra voluntate additi, iuxta Augustinū. Item omnes mortui sumus veteri vitæ, vt deinceps noua simus creatura, per Christi mortem & nouam vitam regenerati. Ad hoc postremum magis quadrant quę sequuntur, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, &c.

Aug. li. de Ciuita. dei 20. cap. 6.

Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non cognouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura: uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.) Vt sermo sit vndiq; absolutus, & aptè respondeat tam superioribus quàm inferioribus, hūc habeas oportet lectionis modū: Ita quum omnes mortui in Christo, ipsi viuant, nos nouimus neminem ex hoc tempore viuere secundum carnem. Et si nouimus secundum carnē vixisse olim mortalem Christū, sed iam amplius non ita viuere indubitata fide nouimus. Quisquis igitur in Christo noua effectus est creatura, ab hoc vetera transierunt, factaq; sunt illi noua omnia: & quemadmodū Christus nō amplius in carne hac mortali, ita nec nos iuxta carnis affectiones de cætero militamus. Verū ne mihi diffidas, cū hac sententia cōsentire Chrysost. & huius æmulū Theoph. palàm indicat ipsius Theophy. commentariū, ita habens: Postq; omnes, qui morti obnoxij scelerū ratione iam fuissent, per Christū baptismi gratia reuixere, meritò, inquit, neminem cognouera-

gnoueramus secundũ carnem qui viueret, hoc est, secundum veterem illum & carnalem viuendi modum. Omnes namq; fideles Spiritu ipso renati, nouam quandam & spiritualẽ transigunt vitam. Deinde post interiecta apost. verba, & si cognouimus, cũ cæteris, subdit. Ostendit vel in degenda non secundum carnem hanc vita, Christum nos præuium habere ducem, inquitq;: Et si fuit vnquàm carnali conditione Christus, haud tamen in præsentia est. Porro D. Aug. de futura vita potius hæc docet intelligẽda: Apostolus, inquiẽs, suo more vitam nostrã, quæ iam in ipso homine mediatore Christo Ie. capite nostro resurgente completa est, ita spe certa meditatur, tanquàm iam adsit præsensq; teneatur: quæ vtiq; vita non erit secundum carnem. Carnem namq; hoc loco non ipsam corporis nostri substantiam, quam dominus etiam post resurrectionem suam, carnem appellat dicens, Palpate & vi. quia spiritus car. & ossa non habet, sicut me vi. ha. sed corruptionem mortalitatemq; carnis vult intelligi, quæ tunc non erit in nobis, sicut iam nõ est in Christo. Deinde ad præcedẽtia apostoli verba respiciens, vt qui viuunt iam non sibi vi. sed ei qui pro ipsis mor. est, ita post multa subiungit. Itaq; eorum pro quibus mortuus est Christus & resurrexit, & qui iam non sibi sed illi viuunt, neminem secundum carnem apostolus nouerat, propter spem futuræ immortalitatis, in cuius expectatione viuebant, quæ in Christo iam non spes, sed res erat: quem & si nouerat secundum carnem quum adhuc moriturus esset, iam tamen non nouerat, quia eũ resurrexisse nouerat, & vltra ei mortem non dominaturam. Et quia omnes in illo & si non dum

Aduersus Faustũ li. 11. ca. 7.

Luc. 24.

Ibidẽ. ca. 8.

Rom. 6. b.

dum iam re, iam tamen spe hoc sumus, sequitur, & dicit: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, &c. Oñ... ergo noua creatura, id est, populus innouatus per fidem, vt habeat interim in spe, quod in re postea perficiatur, in Christo habet etiã quod in se sperat. Hæc ille. Probatũ sanè mihi vtraꝗ intelligẽtia, Chrysostomi tamen assentior libentius. At, quòd hunc locum de carnali quidam cognatione intelligendũ existimant, violentum quid iudico. n.

Et posuit in nobis uerbum reconci.) Id est, prædicationem de reconciliatione humani generis.

Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis pec. fecit. Subaudiendũ Deus Pater. Simile autẽ est ac si dicamus: Eum qui malus nunꝗ est, nostri causa malum effecit: hoc est, quum re ipsa impius esse haudquaquàm posit, Pater tamẽ eum impij ac scelerosi imagine voluit vestiri, & quasi peccatorẽ mori. Vel, filiũ suum à peccato penitus alienum, Deus Pater peccatum fecit, hoc est (autore Augustino) sacrificiũ pro peccatis, vt nos qui nihil aliud quàm peccatum eramus, iusti efficeremur per illum. X. Au. in Enchir. ca. 41.

Ex capite VI.

EXhibeamus nosmetipsos.) Quod nos legimus, exhibeamus, græcis est, *συνιστῶντες*, quod Ambrosius cum Aug. legit cõmendantes: itaꝗ; si intelligamus, pertinebunt omnia ad personã Pauli. Adiuuantes exhortamur ne in vacuum, &c. nemini dantes offensionẽ, sed in omnibus commendantes nos, sicut Dei *Διάκονοι* ministri, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, &c. Aug. li. de doct. Chr. 4. cap. 20. E.

Hanc enim sui laudationem, cõmendationem vocat, quæ factis ipsis conciliat fauorem & autoritatẽ.

Os nostrum patet ad uos, ô Corinthij, cor nostrum
X. *dilatatum est.*) In hęc verba prorumpit immenso a-
A. moris erga illos stimulatus ardore, & securæ, beneq́ sibi consciæ mentis confisus libertate: quæ ipsius nõ modò os patefecerant, sed & cor quoq; dilatarãt, ad Corinthios exhortandos pariter & suscipiẽdos. Cor
X. pus, inquit, varijs prematur angustijs licet, vis tamẽ amoris confidentiáq;, & os mihi patefacit sermonis exuberantia, & intimos cordis mei dilatat affectus.

Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in uisceribus uestris. Eandem autem habentes remunerationem, (tanquàm filijs dico) dilatamini & uos. &c.) Primum quod ad literæ rationem attinet, scito vtrunq; angustiamini indicandi modo accipiendũ, dilatamini verò imperandi: illud quoq; habentes, apud Græcos non haberi: deniq; variam esse huius loci distinctionem, vnde necesse est variam etiamnum subesse intelligentiam. Nos tamen vnam atq; alteram subnexuri, reliquas curiosioribus aliunde petendas relinquemus. Priorem igitur hanc habe-
X. E. to intelligentiam. Haudquaquàm, ait, angustia coarctamini per me, cuius cor erga vos dilatatum est: imò in vestris ipsorum animis atq; affectibus angustiamini. ac si inquiat: Ipse equidem ingenti am-
●. plóq; vos prosequor amore: vos verò, & si complexum me in vestris præcordijs detinetis, angustior tamen est vestra charitas, qua me complectimini. Sed agite, eandem vtrique, & vos, & ego, mutuo præstãtes siue habentes amoris remunerationem, beneuo

lentiæq;

lentiæq; vicißitudinem, amplißimos & vos quoq;, erga nos ad meum exemplum habetote affect... Neque enim arduum est quod reposco, tantum vt patri filij in charitate respondeatis, efflagito. Et omninò condignum est hoc in parentem liberos pręstare officium. Altera intelligentia huiusmodi est: Nõ angustiamini in aliquo, nostri vel exemplo, vel causa: quin potius contra, quũ nostro exemplo amplo & securo animo esse deberetis ob libertatem euangelij, magna afficimini angustia vestris prauis seruiẽtes affectibus, quibus pseudapostolorum vos coangustantium, & à spiritus libertate in seruitutẽ legis retrahentium dogmatibus estis intenti. Sed quum eandem nobiscum expectetis, & habituri sitis mercedis retributionem, modo obsequentes sitis filij (nã hæc filijs loquor) ne quæso diutius eiusmodi angustijs premamini, sed dilatemini libertate spiritus, in fide Christi Iesu. Hinc & subdit: Nolite iugum ducere cum infi. &c. Porro in græcis quoniã illud habentes non ascribitur, aut κατὰ particula subaudienda est, secundum eandem remunerationem, dilatamini & vos, aut accusatiuus eandem remunerationem cum dico iungendus est, eandem remunerationem dico: atq; ita dico erit veluti exponentis quod dixerat, non angustiamini in nobis, angust. &c. quemadmodum quum dicimus, nouercã loquor, hoc est, de nouerca.

Tanq̃ filijs dico.

E.

Quæ autem conuentio.) συμφώνησις, Id est, consensus, concordia.

Belial.) Belijaal Hebræis iniquum, dęmonẽ, apostatam, absq; iugo, & præuaricatorem declarat.

Ex capite VII.

MVndemus nos ab omni inquinatiõe carnis & spiritus, perficientes sanctificationem, &c.)
Lib.de.do. Chr.3.c.2. In potestate legentis est, teste Augustino, siue velit distinguere, ab omni inquinatiõe carnis & spiritus: perficiẽtes sanctificationem in timore Dei, iuxta il-
1.Cor. 7.f. lud: Vt sit sancta, & corpore, & spiritu: siue sic malit: ab omni inquinatione carnis, & spiritus perficiẽtes sanctificationem in timore Dei, capite nos.

A.E. *Capite nos.)* Capite hoc loco est amplectimini et
Supra 6.c recipite. Vnde & paulò superius, sui capaces illos fieri cupiens, ad latitudinem fuerat cohortatus, dicens, dilatamini & vos.

Multa mihi gloriatio pro uobis.) Magis quadrat, de vobis, vel propter vos, tametsi ὑπὲρ propriè pro significet, iunctum genitiuo.

Pœnitentiam in salutem stabilem operatur.) Incertum vtro referatur stabilem, siue quod recẽtiores vocetenus vertunt ἀμεταμέλητον non pœnitendam, ad
A. salutémne videlicet, an ad pœnitentiam. Mihi sanè commodius videtur, si stabilem cum salutem con-
X. iungas. Quòd si verò placet non pœnitendam, congruentius cohærebit cum pœnitentiam, vt iunctis festiuiter contrarijs, impœnitẽda dicatur pœnitẽtia.

Quantam in uobis operetur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed uindictam.) Omnia hæc in laudem enumerat Corinthiorum, vt quæ illis obuenissent ex tristitia illa salutem operante: solicitudo pro admissis, tum auferendis, tum pręcauẽdis,

dis, defensio siue purgatio qua excusabantur apud Apost. propter pœnitudinē, vel qua ipsi Apostolum purgabant apud incredulos & pseudapostolos: indignatio, aduersus fornicariū illum de quo in priori epistola, atque etiam aduersus seductores: timor, quia verebantur ne inciderent in manus Dei viuentis, neue indignationem Apostoli incurrerent acriorē: desiderium corrigendi admissi, vel desiderium erga Apostolum: æmulatio, hoc est, zelus, ad profligandam turpitudinem, adque virtutem amplectendam: vindicta, qua pœnas dederat, qui peccârat. Est autē in his auxesis quædam ab inferioribus ad summa, (quam declarat iunctiua particula sed, identidē repetita) & ad vehementiora gradatim conscendens. Vt si dicas: Mœror ille attulit non modo solicitudinem, sed & purgationem, insuper indignationem, imò etiam timorem, &c. vsque ad vindictam. X. 1. Cor. 5 ⊙. X.

In omnibus exbibuistis uos incontaminatos esse negotio.) Græcè est: ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι, quod exponi potest, in omnibus commēdastis vosipsos quòd puri sitis in negotio fornicarij illius, qui patris abusus est vxore, ipso eiecto & punito. Vel, omnino puros atque incōtaminatos iam vos esse declarastis, & exhibuistis, per hoc negotium, nempe quòd contristati sitis ad pœnitudinem. Nam de certo aliquo negotio illum loqui declarat articulus τῷ πράγματι. E. 1. Cor. 5

Igitur etsi scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriā, nec propter eum qui passus est, supple scripsi, *sed ad manifestandam solicitudinem nostram, quam babemus pro uobis coram Deo.*) Dixerit hic aliquis:

Quur non propter eum qui fecit iniuriam scripsisse se dicit, quum ea vel iustissima potuerit esse scriben .. causa? Scripseram equidem, ait, illius scelere impulsus, qui per incestum proximo intulit iniuriam: & eius causa, qui eam perpessus est: haud tamen priores illi, neque potissimam mihi vt scriberem attulere causam, sed vestri ob gratiam hoc mihi negotium susceptum est: quò videlicet palam declararē, quanto studio, quantaq́ cura, (quam teste ac spectante Deo habeo) adnitar, ne paucorum morbo inficiantur vniuersi. Est autem hic loquutionis modus, qualis est in eo quod alibi scriptum est: Nunqd

1.Cor.9.d de bobus cura est Deo?

Veritas facta est.) Ex hebraici sermonis idiomate abstractum concreti loco substituit: veritas facta est, pro vera ac solida facta est.

Et uiscera eius.) Viscera inquit, intimos illius demonstrās affectus, & flagrantissimum erga Corinthienseis amorem.

Ex capite VIII.

IN *multo, δοκιμῆ, experimento tribul.*) Id est, in varijs quas experti estis tribulationibus, siue in multiplici vestri per afflictiones probatione.

Et altißima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum.) Tale quid sentit ac si dicamus: Profundissima & extrema eorum paupertas, opulentissima & beneficentissima fuit propter ditissimum simplicis animi affectum, & ad impertiendum promptissimum. Neq́ enim de beneficiorum copia, sed de volūtate dantium liberalitas æstimatur.

matur. Vel tale: Quum ſint tenues, extremæq́ pau pertatis, tamen erat tanta animorum prõptitudo, vt ex inanibus etiam ſcriniis, penè quicquid ſupererat depromerent in ſubſidia pauperũ. Vnde factum eſt, vt quò pauperiores redderentur, & exhauſtiores pia liberalitate, hoc magis ac magis diteſcerent, promptiſsimi pectoris candore & benignitate. Simplicitas enim hoc in loco, vt annotauit Theophylactus, animum ſignat inuidia vacantem, & ad impertiendum facilem.

Quia ſecundum uirtutem, (teſtimoniũ illis reddo) & ſupra uirtutem. Id eſt, pro viribus, & vltra vires.

Gratiam & cõmunicationem myſterij, quod fit in ſanctos.) Quod ad abſolutionẽ huius ſermonis ſup plendum erat, id modo in græcis expreſſum viſitur, duabus additis vocibus, δέξασθαι ἡμᾶς, id eſt, vt ſuſcipe remus, quod tamen veteres videntur non legiſſe, vt indicabimus ſuo loco.

Ita ut rogaremus Titũ, ut quemadmodũ cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiam iſtam.) Commẽdarat Macedones, quòd promptiſsimos ſeſe exhibuiſſent in erogandis eleemoſynis: quorum munificentia adeo ſe dicit delectatum, vt rogarit Titum diſcipulum ſuum Corinthiorum prædicatorem, vt quemadmodum ipſe Corinthios ipſos iamdudum adhortari ad munificentiam cœpiſſet, ita & perficeret quod inſtituerat, vt tanto Macedonum, qui pau peres erant prouocati exemplo, in hac gratia, id eſt, eleemoſyna conferenda nequaquàm ſe illis declararent inferiores. Vel, Quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vo. &c. Hoc eſt, quomodo in cæte- A.

ris virtutibus persuadēdis exhortationis suæ habuit fructū, haberet & in hac gratiā & fœlicē successum.

Sed per aliorū solicitudinem, etiam uestræ charitatis ingenium bonum comprobans.) Ne existimetis, inquit, me iure quodam ad Macedonum imitationē vos velle inducere ad eleemosynas liberalius erogādas: non vt imperans loquor, sed vt bonum ac syncerum vestrę charitatis ingenium .i. affectum & animum comprobans: vt scilicet illorū vobis proposito, atq; audito in pauperes studio ac solicitudine, vos quoq; ad maiorem charitatis affectū ac beneficentiam, acuam, prouocē, atq; exhorter. In hūc sensum illud γνήσιον, siue ingenium bonum interpretantur Chrysostomus & Ambrosius, atq; ita & apud Terētium ingenium poni puto, vbi dicitur, Rursum ad

V.E. ingenium redit: quum recentiores γνήσιον ingenuitatē & synceritatē interpretari maluerint, atq; adeò non ingeniū, sed ingenuū bonum ab Interp. scriptū

V. fuisse putent, de quo suo loco. Cæterùm δοκιμάζων interpretari potest cōprobans, vel probās, ad experimentum capiens, de affectu videlicet vr̄æ dilectiōis.

Qui nō solùm facere, sed & uelle cœpistis ab anno

E. *priore.*) Non vno modo intelligi potest: Non solū hoc tēpore largiri cœpistis egētibus, quinimò & ab anno superiore ad idē spontanei fuistis. Vel, nō solū

X. me hortatore cœpistis facere, verumetiā idem officium vltrò, & non prouocati præstare volebatis ab anno superiore: sic vt illud ab anno superiore ad vtramq; oratiōis partē pertineat. Fortasse & sic poterit cōstrui, Qui nō solum velle, sed & facere cœpistis: vt. s. ordo intelligatur per hysterologiam inuersus.

Si enim

Si enim uoluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, & non secundũ id quod non habet.) Si voluntas, ait, parata fuerit iuxta rationem facultatis, & non supra quàm suppetat facultas, grata proculdubio erit. Necꝫ enim exigitur vt dones, quod citra tuum dispẽdium non posśis. Porro græca etiam hoc pacto possunt conuerti: Si enim præcesserit animi promptitudo, iuxta id quicquid illud est quod potest, vt subaudias dare, accepta est, non iuxta id quod non potest. Sic enim habent: Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. Et ἔχω sæpe numero pro possum accipitur. E. A.

Non enim ut alijs sit remißio, uobis autem tribulatio.) Hoc est, nõ vt alij per quietem & ocium in delicijs sint, vos autem indigentiam sustineatis, supple ita impertiendum est, &c.

Non minorauit.) Nil minus habuit.

Fratrem cuius laus est in euangelio.) Interp̃tes ferè omnes Lucam hic designari asserunt, nisi quòd pauci admoneãt alios maluisse Barnabam, paucisśimi verò Apollo hunc fratrem fuisse: quorum sanè laus atꝫ præconium per euangelij prædicationem in omnibus est ecclesijs. X.

Non solum autem, sed & ordinatus est comes.) Neque modò, inquit, euangelio prædicando laudem promeruit, sed ab ecclesijs peregrinationis nostræ comes delectus est.

Destinata uolun. no. προθυμίαν, id est, prõptam animi nostri voluntatem.

In hac plenitudine. ἁδρότητι, id est, plenitudine, magnitudine siue abundantia, scilicet vestræ beneficentiæ.

H.H. *Misimus autem cum illis & fratrem nostrum.* Tertius hic legatus, iuxta plurium & antiquiorum opinionem, Apollo fuisse creditur.

Siue pro Tito, qui & socius meus, & in uobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloria Christi.) Quid est, inquit Chrysostomus, siue Titi nomine? Si dicendum est, inquit, hæc possum dicere, quòd socius meus est etiam erga vos, vel enim hoc inquit, vel quòd Titi nomine aliquid facietis, quia non vulgari homini facturi estis, nam socius meus est. Deinde post pauca subdit: Siue aliorum, inquit, nomine audire aliquid vultis. Et hi tam bene meriti sunt, vt iustissime propter se vobis commendentur. Etenim & ipsi fratres nostri sunt & apostoli ecclesiarum, hoc est, ab ecclesijs missi. Deinde quod maius his omnibus gloria Christi. In illum enim referuntur, quæcunque his facta fuerint.

Alias gloriæ.

Siue igitur vt fratres illos volueritis excipere, siue vt apostolos ecclesiarum, siue vt aliquid in gloriam Christi facientes, multas habetis occasiones beneuolentiæ erga illos. Hactenus ille. Sunt præterea qui illud, socius meus, asseuerent referendum non ad Titum, vt cæteri volunt interpretes, sed ad fratrem illum suum quem commendat apostolus, idq; propterea quod Græcis nec qui relatiuum exprimatur, nec Titi nomen cum socius meus in casu con-

ſa conueniat. Sic enim legimus: εἴτε ὑπὲρ τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός: quod ad verbum ita ſonat, ſi quis fortè deſiderabit. Siue pro Tito, ſocius meus & in vobis cooperator, ſiue fratres noſtri Apoſto. & cæt. Verum id præterquàm quòd à veteribus proditum non eſt, etiam violentum videtur.

Quod ad diſtinctionem attinet, ex commentarijs Diuo Hieronymo inſcriptis colligo ibi, Siue pro Tito, nouum eſſe orationis caput, & quod ſequitur, oſtenſionem ergo citra periodum hærere proxime præcedentibus, vt ſic legatur: Siue pro Tito (vt hic ſubaudias, id feceritis ad quod vos adhortor, aut aliud magis accommodum) qui eſt ſocius meus (vt vel ad græca reſpiciam) ipſe ſocius meus eſt, & in vobis adiutor: ſiue pro fratribus meis apoſtolis eccleſiæ gloriæ Dei Chriſti (ſic enim vetuſtum quoddam habet exemplar:) vel ſiue (ſupple pro ijs id feceritis qui ſunt) fratres noſtri & apoſtoli eccleſiarum gloria Chriſti: oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ in illos, oſtendite in facie eccleſiarum. Dictum autem commentarium ſi quis forte requirat ſic habet. Quod dicit, inquit, hoc eſt. Tam Titi cauſa, qui eorum obedientiam collaudauerat, quàm eorum qui ad ipſos fuerant pariter deſtinati, ita ſe exhiberent, vt & charitatis ſynceritatem, & Apoſtolicæ pro ipſis gloriæ veritatem in conſpectu omnium comprobarent. Cæterum illud gloriæ, quod vulgarius & vſitatius legitur, quum græce

sit gloria, incertum est nominatiui ne sit pluralis, vt per appositionem cohæreat cum apostoli, an geni tiui casus singularis, vt est apud Amb. vt cõstrui possit vel cũ ecclesiarum pro eo quod est ecclesiarũ gloriosarum, vel cum Apostoli, pro Apostoli gloriosi, iuxta phrasim videlicet scripturæ familiarem.

In facie ecclesiarum.) Id est, in conspectu, siue etiã in personam ecclesiarum, est enim εἰς πρόσωπον.

Ex capite IX.

A. *EX abundãti est.*) Id est superfluum: vel περισσὸν quod restat.

Quoniam & Achaia.) Achaiã dicens etiam Corinthios comprehendit, nam & horum ciuitas in Achaia sita est.

Vt non dicamus uos, in hac substãtia.) Illud, vt non dicamus vos, quasi per parenthesin intelligi debet interiectũ: tanquàm dixerit. Ne si vnà mecum Macedones aduenerint, deprehenderintq́ vos detrectãtes eleemosynam, erubescamus nos, (vt vestram interim sileamus erubescentiã) in hac beneficentiæ vestræ substantia. Vel in hac substantia siue hypostasi gloriationis, vt Græcis est, id est, audacia siue etiam argumento gloriationis, qua de vobis apud Macedones sum gloriatus, de vestra ad beneficentiam promptitudinem.

B.

Benedictionem.) Sicut in prioris epistolæ capite 16. eleemosynã vocauit λογίαν, id est, collectionem à λέγω, pro colligo, vt opinor, ita & nunc εὐλογίαν (quod benedictionem interpres transtulit) bonam & vberem dicit collectionem.

Sic quasi benedictionem, non tanquam auaritiam. Hoc est, ita vt sit liberaliter donata eleemosyna, non propter auaritiam violēta aut tristis. Vel tanquàm bonam & largam collationem, non tamen immodica cupiditate q̃ abundantiam comitari solet vitiatam. Cæterum πλεονεξία variè interpretari potest, nimirum spoliatio, occupatio, fraudatio, circumuentio.

Qui seminat in benedictionibus.) Iam indicauimus benedictiones dici largas ac liberales eleemosynas siue beneficentias: itaq; huius loci sensus erit: qui liberaliter & copiose elargitus fuerit, copiosam item retributionis mercedem reportabit.

In omnem simplicitatem.) Simplicitatem, pro candore, synceritate & munifico affectu posuit Apost. sicut supra ca. 8.

Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationem ministerij huius glorificantes Deum, &c.) Administratio ait officij huius non modo supplet ea quæ desunt Christianis pauperibus, verum etiam plusquàm vsus postulat suppeditat: adeo, vt ex hoc per multos multæ agantur gratiæ Deo, qui per experimentum ministerij huius ipsum glorificāt, primum quidem propter obedientiam vestram credentem atque obtemperantem euangelio Christi: deinde propter simplicitatem siue beneuolentiam communicationis vestræ non solum in illos, sed in omneis, postremò propter omnium obsecrationes,

In obediētia confessionis vestræ in eu.

quas

C.&(1. plici. . con. v. . illos & in omnes: & in ip. obſe. &c.

quas veſtri gratia faciunt, vt ſi eis aliquando facultas viſendi vos. Nam hoc deſiderant non propter pecunias, ſed vt gratiæ vobis datę fiant ſpectatores. Iſtiuſmodi fere Diuus Chryſoſto. atque huic ſuo more accinens Theo.

Deſiderantium uos.) Subaudi videre: nam ita legit Amb. deſiderantium videre vos.

Ex capite X.

IPſe autem ego Paulus obſecro uos.*) Ab hoc capite Apoſtolus nouum orditur argumentum, agitq́ aduerſus pſeudapoſtolos ac detractores, qui apoſtolicæ dignitati & autoritati derogantes, inſcitiæ, in abſentes ſeueritatis, audaciæ, hypocriſis, & inſolentiæ ipſum incuſabant. Hos itaque obteſtatur, & obſecrat per lenitatem Chriſti, vt reſipiſcant, ne præſens cogatur in illos ſeuerius agere.

Qui in facie quidem humilis ſum inter uos, abſens autem confido in uobis. Hoc eſt, præſens quum vobis adſum, humilem & abiectum memet oſtendo, diſsimulans autoritatem meam ac dignitatem: abſens autem, confiſus & præſumens de veſtra ſubiectione minacibus ac ſeueris literis, vt quidam calumniantur, vos exterreo. Poſſent quoque hæc in leniorem partem accipi, perinde quaſi dixerit: Præſens quidem, abiectus & humilis, non vt cęteri pſeudapoſtoli faſtu turgentes appareo: abſens nihilominus confido, quòd mea humilitate nihil offenſi in fidei veritate perſtabitis.

Rogo

Rogo autem uos, ne præsens audeam, per eam confidentiam qua existimor audere, in quosdam.) Iam tandem ingreditur inceptam petitionem, il-lud inquiens obsecro & rogo ne qua mihi præste-tur occasio, vt liberius aduersus quosdam mea po-testate præsens vti debeam, qua existimor & iu-dicor mihi ipsi plus satis fidere. Scito etiam, pro au-deam & audere Græcis, duas diuersas haberi voces, quarum θαῤῥῶ confido, audaciam sumo & au-deo contraire significat: posterior τολμάω abso-lutè audeo, vel quicquam graue in animum in-duco. Confidentiam autem potentiam suam ap-pellat.

Potentia Deo.) Id est, fortia virtute Dei.

Quæ secundum faciem sunt uidete.) Aequiuo-catio græcæ vocis βλέπετε communis ad indicati-uum atque imperatiuum, facit vt percontantis possint esse verba, siue asserentis, respiciendo ad Pauli humilitatem iuxta faciem abiecti, deinde & iubentis. Verum imperatiuè aut certe assertiue legunt interpretes fere omnes, sub eo sensu, vt is quæ secundum faciem sunt videre dicatur, qui ea quæ parent & manifesta sunt, videlicet quæ hic subijciuntur considerat & diiudicat: vel qui ex stre-pitu, opibus, virtutis figura, & è cæteris externis indi cijs diiudicat, & æstimat.

Vt autem non existimer tanquàm terrere uos per epistolas.) Græcismus euitatus clariorem reddit sententiam, hoc modo. Ne videar ceu per-terrefacere vos per epistolas. Hanc autem par-

tem

tem omissa coniunctiua particula autem, Græci cũ superioribus indistinctè cõnectunt. Latinorum tamen distinctio, non potest mihi non placere.

Sed ipsi in nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autẽ *non in immẽsum.* Græca sic habent, ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. ἡμεῖς δὲ. Quę quidem eiusmodi sunt, vt diuersas admittant intelligentias, & illud non intelligunt, id est, οὐ συνιοῦσιν supperaddant, pręter ea quę ad sermonis absolutionem subaudienda sunt, vt inferius indicabimus. Primum itaq; ob vocum personalium ambiguitatem, vel ad Pauli possunt personam pertinere, vt vetus reddidit Interpres, subaudiendo sumus, vel pseudapostolorum personam. Vtrunque indicat Theop. & ante hunc Chryso. Proinde illius commentum vt scias quid senserit, & quid suppleuerit ad sensum, subijciam. Illi (inquit falsos apostolos sentiens) nequaquàm dignum existimant sese cum vllo posse conferri mortalium: quin potius sibijpsis se comparant mutua quadam concertatione: neq; intelligunt, qua sint irrisione dignissimi, qui hunc in modum superbiant. Nam quum singuli potiores esse se gloriantur, alijs detrahunt. Quo fit vt omnes inuicem arguãtur improbitatis: quod quàm ridiculum sit, nil sentiunt. Nos verò contrà, nosipsos metimur, quum nihil aliud nobis q̃ quod iniunctum est vendicamus, & comparamus nos nobis, quia quod nostrũ officium exigit factitamus. Hæc ille. Rursus alij huius sermonis priorem modo partem ad ipsum apostolum pertinere volunt, intelligentes

Au. in ps. 34. & 141.

gentes Paulum non metiri se ex opinione aut laude aliorum: sed suis ipsius virtutibus ac potestate à Christo tradita: reliquam vero partem ad pseudapostolos referũt, ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν, id est, seipsos sibiipsis, subaudi comparantes: non intelligunt, hoc est, dum mali malis comparantur, & mutuo se collaudant non intelligũt se ridiculos videri. Postremò ne quid pręteream, contextus beati Amb. autoris vetustissimi, quibusdam prætermissis, nempe his, non intelligunt, & nos autem, ad hunc habet modum. Sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes, & comparantes nosmetipsos nobis, nõ in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram, &c. Vnde non nihil addubito, nũ hic pro suo arbitrio luserint vel scribæ vel hæretici.

Spem autem habentes crescentis fidei uestræ in uobis magnificari, secundum regulã nostram in abundantia, etiam in illa quæ ultra uos sunt euangelizare, etc.) Græcanica phrasis latinis auribus transfusa adũbrat nonnihil orationis seriẽ. Declinari autem poterit, si interpretando huiuscemodi vtamur periphrasi. Speramus autem futurum, vt indies crescente fide vestra, inter vos (vel in vobis) magnificemur, & id quidem iuxta regulam nostram, sed tamen ad abundantiam vsq;, ita vt regionibus etiam quæ vltra vos sunt euangelizemus: sic tamen, ne in aliena regula de ijs quæ ab alijs præparata sunt gloriemur. Regulam appellat, opinor, non hominis martem, vt quidam explicat, sed ditionem & pręscriptum pdicationis limitem seu terminum, sumpta, vt Chryso. indicat, ab agricolis vineã distribuẽtibus metaphora. n,

Ex capite XI.

Ⓞ. A. *Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ.*) Id est, vtinam sufferatis pusillum ali quid & exiguum meæ insipientiæ. Posset quoque illud modicum, id est, μικρὸν ad tempus referri, vt subaudiatur χρόνον, pro aliquanto tempore. Et ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου, verti potest, vtinã sustinuisseris vel honorassetis me paulisper in imprudentia, imo & suffertis vel honoratis me. Magis tamen placet imperandi modus, propter illud vtinam.

Sed & supportate me.

Despondi enim uos uni uiro, uir. cast. exhib. Chr.) Adaptaui vos viro, vt exhiberem vos pariter omneis quasi virginem vnam vni viro Christo, vt intel ligas vos cum virginẽ: rursus vni viro cum Christo ceu per appositionem connecti. B Am. pro despon di, legit paraui, pro exhibere, assignare.

Corrumpantur sensus uestri, et excidant à simpl.) Pro sensus, græcè est νοήματα intellectus & cogitatio nes potius declarans. Au. exponit mentes, quod ma gis proprium est inquit: sensus enim intelliguntur & huius corporis audiendi, videndi, &c. Huc accedit & bea. Am. dñ in hymno canit, non nostris adauge sensibus, sed nostris adauge mẽtibus, nescire prorsus omnia, corruptiõis vulnera. Deniq; ne quẽ moueat ꝙ in græcis non legatur excidant, sciat id adiectum esse, ne à simplicitate tanq̃ ab agẽre mentes corrum pi putarentur. Dictum est enim corrũpantur à simplicitate, pro corruptela ipsa à simplicitate alieni red dantur: quæ simplicitas habetur erga Christũ, ipsiq;

Ser. q̃dam.

nos

nos commendat. Prosper legit sine & corrũpantur.

Nam si is qui uenit, alium Ch. prædicat quem non prædicauimus: aut alium Spiritum accipitis, quem non ac. aut aliud euan. quod non re. rectè pateremini.) De prędicatoribus quibusdam loquitur, qui mundana sapientia tumidi, inani verborũ ornatu, & alio quodam mo do Christum prędicantes, amplius quid ac magnificentius adferre videbãtur: à quibus metuẽs apostolus ne permitterent sese abduci, primũ timeo inquit, ne sicut serpens Heuã seduxit, &c. deinde subdit: Si quispiam adueniens Christũ alium prędicaret quem prędicari oportebat, et eiusdẽ ipse pręconium pręterissem, aut si etiam in hoc p̃dicando viderer inferior; aut si excellẽtior (dum is p̃dicat) Spiritus, alius ab eo quẽ me p̃dicatore accepistis confertur, aut pręstantius aliq̃d euangelium, quod per me nũciari debuerat, accipitis per illũ, optimo sanè iure me posthabito illũ vobis pateremini dominari, q̃ illius haudquaq̃ fecissem mentionẽ, q merito erat p̃dicandus. Verũ si ipsa recimus fidei fundamẽta et necessaria vobis patefecimus: qđ ille amplius attulit, q̃ attulerimus ipsi? Huiusmodi fere Theo. ne forte nobis diffidas.

A magnis apostolis. Magnos apostolos vocat vel eos, qui inter cæteros Christi Apostolos pręcipui erant: vt Petrus & Iohannes: vel eos qui ab ipsis Corinthijs magni habebantur ob pompam, eloquentiam, aut diuitias. Vetustiores, de veris apostolis accipiũt, quibus & ipse assentior libentius. Cõparat eñ se pręcipuis, vt sibi non minus quàm illis in sua prędicatione fidatur, sed nec fastidiatur ob imperitiã sermonis, quam nec alijs defuisse apostolis constat.

Aut nunquid pec. feci, meipsum humil. ut uos exal-temini. Supple in fide. Debet autem perpetuo legi vsq; ad euangelizaui vobis, etiamsi media oratione, loco coli percontationis nota cernatur.

In ministerium uc. Vt vobis inseruirem in prædicando euangelio.

Vt in quo gloriantur. Videlicet nō captare se mu-

O. nera ob pdicationem (quanq̃ falso hoc gloriaren tur nomine, tum quòd nullius egerēt, tū q; clā obla ta acciperent) inueniātur sicut & nos, hoc est, nihilo inueniātur nobis pstantiores, qui nec inopia pressi quicq̃ accipimus. Iuxta Amb. vero gloriabantur pseudapostoli in accipiēdis. Hos itaq; apostolus vult

G.o. sibi esse simileis, hoc est, vt syncerè prædicantes, & nihil interim accipientes glorientur.

Au. *Iterum dico, ne quis me putet insipientē.* Quod in exordio huius capitis præmiserat, vtinam sustineretis modicū quid insip. m. idem nunc repetit: quodq; ibi proposuerat, id modo enarrare occipit.

Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed in insipientia, in hac substantia gloriæ.) Quod loquor ait, in hac parte gloriationis, siue in hoc genere gloriandi loquor secundū Deū, sed in insipientia.

Libenter enim suffertis insipientes, quum sitis ipsi sapientes, &c.) Volunt nonnulli hæc per ironiam, dicta esse, & per sensum contrarium accipiēda. Pos-

A. sunt tamē vel absq; ironia intelligi hoc pacto. Multi gloriantur inter vos secundū carnem, quos tamen sic insipienter gloriantes, vos qui haudquaq̃ estis vt illi insipientes, vtpote per me instituti in doctrina Christi, libenter toleratis. Nā suffertis eos qui in ser-

uitutem

uitutem vos adigunt, Sustinetis eos qui vestra deuo rant, qui vos dolo capiunt (iuxta Am.) vel qui munera excipiunt (iuxta Theo.) qui in faciem conuiciantur, &c. Quum ergo in huiusmodi æquo animo toleretis alios, par est, vt & me bono feratis animo, de meipso gloriantem, & meipsum commendantem. Vide contextum apostolicum. Si quis accipi

Secundum ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.) Illud, secundum ignobilitatem dico refert Chry. ad præcedentẽ particulã, si quis in faciẽ vos cædit. Hęc enim dicebat, inquit, non quòd in faciem cædebant, sed quòd respuebant illos & cõtẽnebant: ideo adiecit, iuxta contumeliam loquor. Non minus enim patiebamini, quàm si in faciẽ cęsi essetis. Amb. vero sentit ignobilitatem quod supra dixerat, & ego gloriabor secundum carnem. Iuxta hunc ergo illud, secundum ignobilitatem periodo separandum est à superioribus: iuxta illum vero, cõtinuè legendum est cum superioribus, aut certè parentheseos notis includendum. Cæterum quod dicit, quasi nos infir. fu. in hac par. hũc habet sensum. Hæc quum ab illis patiamini, toleratis tamen & magni illos æstimatis, tanquàm nos imbecilliores essemus in hac parte, nec eodẽ quo illi possemus ad grauandos & premendos vos vti imperio & autoritate. Quasi dicat, liceret quidem, sed malumus consulere vestræ saluti, vt illis præripere ansam nos calumniandi, quàm nostra abuti dignitate.

Periculis ex genere.) Genus suum dicit gentem Iudaicam.

Instantia mea cotidiana. Scito hic instãtia substan

tiuum esse, non adiectiuum: est enim ἐπισύστασις significās incursum, insidiosam factionem & instantiam. Theo. interpretatur furibundum insultum et insidias, quas in ipsum communi consensu populi parabant. Au. legit, incursus in me cotidianus.

Li. de doc. chri. 4. c. 7

Damasci, præpositus gētis Aretæ regis. Damasci subaudi accidit quod refero, vt sit genitiuus aduerbialis: nam græcis est in Damasco: Et præpositus gentis apud eosdem vnica vox est, ἐθνάρχης. Ceterum Aretas hic, socer fuit Herodis illius Antipæ cognomento, & Baptistæ peremptoris, & maioris Herodis filij: fuitq; rex Arabiæ Petreæ, & Damascenæ ciuitatis (quæ Arabiæ vicina est) dominus, vt tradit Iosephus li. Iudaicarum antiq. 18. Corripit autē Aretas, siue vt alij scribunt Areta, mediam.

Lo. E.

Ex capite XII.

PArco autem, ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me.) Ipse, inquit, mihi tempero ab his recensendis, ne quis me maiorem existimet aut suspicetur, quàm aut videat re ipsa, aut audiat aliquid de me: hoc est, q̄ res ipsa, & dignitas mea postulet. Sermo autem commodior nonnihil foret, si quod in archetypo est, ad hunc verteretur modum. Tempero autem ne quis me cogitet super id quod videt esse me, aut super id quod audit ex me.

X.

Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ. Stimulum carnis non libidinosam carnis commotionem, sed externas quibus ob euāgelium diuexabatur afflictiones sentit: aut certè dolorem aliquem

cor-

corporis: quo (inquit Augu.) traditur fuisse exagitatus. Dolores enim corporum eodem teste August. plerunque ab angelis satanæ immittuntur. Et quamuis opinionem hanc explodere videantur scholia græcorum: ego tamen Augustini dictũ non ausim improbare. Iuxta priorẽ autem sententiã Paulo veluti pũgens quidã stimulus erat angelus ille siue nuncius satanę, Alexander ęrarius, de quo habes 2. Tim. 4. Item Hymenæus & Philetus de quibus alibi: aut si mauis, ipse in his agens & persequens diabolus. Quod Augustinus dicit, id hausit ex Hier. super illud Gal. 4. tentationem vestrã in car.m. exponente vtrunque locum de molestißimo quodam dolore capitis. Epist.150. H. 2.Ti.2.c.

Virtus in infirmitate perficitur. Mea (inquit Dominus ad Apostо.) in te potentia, dum infirmitate pressuræ accedentis non frangitur, excellens declaratur & perfecta. Vel virtus in infirmitate perficitur, dum imbecillitas humana roboratur & inuicta redditur in afflictionibus virtute diuina. A. Oe.

Sed esto: ego uos non grauaui, sed quum essem astutus dolo uos cœpi.) Sed esto, inquit, verum sit quod ipse non grauauerim vos, vestra exigendo aut accipiendo: sed tamen calliditate quadam & astutia, aut auaritia hoc ipsum feci, (sic enim nonnulli vestrũ factum meum calũniando interpretantur) & meos ad vos transmisi, vt illi aliquid a vobis flagitarent, ea arte vt sic per meos accipiẽs, ipse nihil accipere viderer: aut certè ideo recusaui quòd parua atque indigna essent quæ offerebantur, vt sic consequerer maiora. Verum ita rem non se habere manifestat O.

dum subdit: Nunquid per aliquem &cæt.

Olim putatis. Interpres πάλαι videtur legisse q̃d signat olim, quondam, antea, diu: quum nostra exẽplaria πάλιν habeant, id est, iterum.

Ex capite XIII.

Ecce tertio hoc uenio ad uos, in ore duorum uel trium test. stabit omne uer. Secundum Amb. & Chry. tertium loco ponit frequentem suam ad illos profectionem & denunciationem. Nihil tamen vetat quo minus homines testeis intelligamus, quorũ testimonio confirmandum sit omne verbum, siue in defensionem siue in condemnationem.

Qui in uobis nõ infirmatur, sed potẽs est in uobis. Non est, inquit, imbecillus Christus in vobis & erga vos, sed validus ac potens, ad afficiendum supplicijs delinquentes, nimirum eos qui ipsius in se iram per maleficia commeruerint.

Oramus autem Deum ut mali nihil faciatis: non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus.) Sensus est, Precibus id obtinere a Deo contendimus, vt nihil vnquam delinquatis: non quòd metuamus haberi reprobi, eóq; videri quasi nulla potestate præditi, si vos nobis bona vestra conuersatione, animaduertendi in vos tollatis occasionem: quinimò vt veluti improbi & imbecilles habeamur optamus atque oramus, modo ipsi mecum faciatis quod rectum est. Illud etiam aduertas oportet ὡς vt, postremo loco positum, vt reprobi simus, non causam indicare, sed imaginem: est e-

A.X.

nim

nim ὡς, id est, veluti vel tanquam.

Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro uer.) Quod ad eloquij consequutionem attinet, causam hic adfert quur non recuset imbecillis haberi, si concessa non vtatur potestate: quãdoquidem nõ mihi, inquit, eiusmodi potestas tradita est, vt quippiam moliri possim, in hominem probè & cum veritate versantem, sed tantum aduersus delinquentem.

Idipsum sapite.) Idem sapite, vel sentite: ne sitis A.X.n.
in dogmatibus discordes.

IN EPISTOLAM AD GALATAS SCHOLIA.

Ex capite I.

IN *aliud euangelium, quod nõ est aliud.)* Hoc est, in prædicationem legis Mosaicæ, super sabbatho & circũcisione, sed X.
non est aliud verum euangelium, quapropter nec audiendum.

Anathema sit.) Hoc est, detestabilis atq; execrabilis habeatur huiusmodi prædicator. Anathema ab ἀναθῆναι, hoc est, à seiungendo vel seponendo, seiunctio vel alienatio interpretari potest.

Modò enim hominibus suadeo, an Deo?) Sensus est: An dum ascitus sum ad munus apostolicum, hominum affectibus seruio, dum ea suadeo quæ fidei sunt. An ne potius Deo seruio? Quod autem græcè

legitur, ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν; non vno modo reddi poteſt. Nam præter commu nem verſionem interpretari poteſt: primum, nunc enim homines ſuadeo, an Deum ipſum? hoc eſt, an
E. humana ſuadeo, an diuina? ſic enim recentior quidam explicat: deinde, nunc enim hominibus fido, an Deo? tertio, nunc enim hominibus pareo, an
n. Deo? Nihil tamen horum apud veteres reperio, q̊d ſanè ad verba attinet. Auguſt. hunc locum dicens cũ illo congruere, qui eſt 2. Corinth. 5. Hominibus ſuadeo: ſic enarrat quaſi ſuadeo idem ſit quod probatũ me reddere cupio, idq; nõ Deo, ſed hominibus. Nemo enim, inq̃t, Deo ſuadet, quia manifeſta ſunt illi omnia: ſed hominibus ille benè ſuadet, qui nõ ſe illis vult, ſed ipſam quam ſuadet veritatẽ. Ambroſius verò contra ſuadeo interpretatur ſatisfacio, non vtique hominibus, ſed Deo, videlicet iuxta ſenſum primo loco poſitum. Nunquid enim hominibus, inquit, ſatisfacio, ſuadẽdo reuerti ad gratiam Chriſti, aut Deo? Nõ hominibus vtiq;, ſed Deo, vt per ſatiſfactionẽ reuertantur ad Deum. Chryſoſtomus hoc loco obſcurus eſt.

In genere meo.) In gente Iudaica.

Non acquieui carni & ſanguini.) οὐ προσανεθέ-
H. μην σαρκὶ, alij vertere maluerunt, non contuli cũ carne & ſanguine. i. nullo hominũ, qui nihil aliud q̃ caro & ſanguis ſunt, vſus ſum conſilio.

Neq; ueni Ieroſoly. ad anteceſſores meos Apoſt.)
Am. Quur commemorat Ieroſolymã haudquaq̃ ſe repedaſſe? Vt oſtendat, ne ab Apoſtolis quidẽ ipſis ſuum hauſiſſe fidei prædicandiq; euangelij ſpiritum, ſed à

ſupre-

ſupremo doctore Deo potiſsimū didiciſſe, eóq; cunctis perſuadeat prædicationis ſuæ dignitatē, nulliq́; reſideret dubitatio prædicatæ veritatis.

Tantum aūt auditum habebant.) Id eſt, audierant.

Iacobum fratrem Domini.) Fratrem domini appellat quòd Ioſeph nutritij Saluatoris ex alia vxore, vt nonnulli exiſtimant filius fuerit: aut (quod magis placet Hieronymo, quē & Beda ſequitur) quòd ex Maria Cleophę, matris Dñi ſorore, Chriſto fuerit cognatus. Vide Bedam in acta Apoſt. ca.I. Hieron. de ſcrip. eccl.

Ex capite II.

S*Eorſum autem his qui uidebantur.*) Priuatim cū Apoſtolis gratiam euāgelicæ libertatis, & legis antiquatæ vetuſtatē contulit, propter multitudinē credentiū Iudęorum, qui necdū poterāt Chriſtū adimpletionē & finē legis audire, qui & abſente Paulo Ieroſolymę iactitauerāt fruſtra eū currere aut cucurriſſe, qui putaret legem veterem nō obſeruandam. H.

Qui uidebātur eſſe aliquid.) τοῖς δοκοῦσιν, Id eſt, æſtimatis ſeu eminētibus, quod & Interp. cum Ambroſio conſentiens indicat, quū dicit, Qui vide. eſſe aliquid, periphraſi videlicet rem explicās. Quod ita vertiſſe videtur, quia & ipſe Pau. ſic ſe in ſequētibus interpretatus eſt, dicēs: ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι, alioqui δοκοῦσιν ſimpliciter eſt viſis, vel ijs qui videntur. A. n.

*Sed neq; Titus qui mecum erat, quum eſſet gentilis compulſus eſt circ.*Sed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare lib. noſtrā quam habe. in Chriſto Ieſu, ut nos in ſeruitutem redigerent,* *Aliâs, ſed propter.

quibus

quibus neq; ad horam ceßimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneret apud uos.) Hoc toto sermonis sui contextu agit, vt doceat se omnia quondam legis opera seruantem, nihilominus tamen ob euãgelicam libertatem eadem nunc legis opera contemnere. Nam quum venisset Ierosolymam, & quidam ex circuncisione falsi fratres explorarent & conarentur eius libertatem in seruitutem & obseruationem legis cõuertere, vt & Titum discipulum suũ circuncideret: nec sic tamen cessit persuasionibus, q̊ veritas euangelij firma cõsisteret, nulla'q; vlli daretur occasio ab euangelij gratia recedendi. In hunc sensum interpretatur Hieronymus, qui & illud admonet, particulam autem (quam ipse loco sed legit, ibi, sed propter) vim suã perdere, eo'q; illud, propter sub introductos falsos fratres, causam dicere, vnde Titus ad circuncisionẽ impelleretur inuitus: vt sic continuè legatur, compulsus est circumcidi propter sub introductos fal. fra. Quod ipsum locum fortasse habere potest in lectione & distinctione grecorum: at in altera, quæ ipsius tempore, vti fatetur, latinorum erat, non item. Quæ sanè vt longè cõmodior ac dilucidior est, ita mihi magis probatur. Sic enim vt ex Ambrosio pater, habet: Sed neq; Titus, &c. Propter autem subintroductos fratres falsos (qui subintrauerũt explorare libertatem nost. quam habemus in Chr. Iesu, vt nos in seruitutem subijcerẽt) ad horam cessimus subiectioni, vt ver. &c. Quam idem Ambr. interpretatur (paucis dicam) ad hunc modum: Illo tempore quo fui Ierosolymis, inquit, Titus qui mecum erat compulsus non est circuncidi, quum vtiq; inter Apostolos, & eos qui ex Iudæis crediderant, essemus,

ſemus, nemo eum de his compulit circũcidi. Et ſubintelligitur, Quid eſt vt vos circuncidamini, quum Titus ab Apoſtolis, qui videbantur aliquid eſſe, nõ eſt compulſus circuncidi, ſed ſuſceptus eſt incircuncifus. Sed ne fortè opponeretur ei, quia ipſe circunci deiat Timotheum: nunc cauſas exponit quur fecerit, quod faciendum negabat, dicens: Propter ſubin troductos autem falſos fratres, qui ſubintroierunt, hoc eſt, cum humilitate intrauerunt, fingentes amicitiam, quum eſſent inimici: explorare libertatẽ, &c. Explorare, eſt ſic intrare, vt aliud fingat, & aliud quæ rat, quo poſſet accuſare libertatem noſtram quã habemus in Chriſto Ieſu. Libertas in Chriſto Ieſu hæc eſt, non ſubijci legi. Vt nos in ſeruitutem ſubijcerẽt, cogentes nos ſubijci legi circuncifionis. Ad horam ceſsimus ſubiectioni, hoc eſt, ad horam nos ſubiecimus ſeruituti, humiliantes nos legi, vt circunciſo Ti motheo ceſſaret dolus & ſcandalum Iudæorum. Pa rati enim erãt, ſicuti datur intelligi, commouere illi tumultum & ſeditionem. Hactenus Amb. Cum autem dicitur cedere ſubiectioni, illud ſubiectioni actiuè ſumẽdum eſt: hoc eſt, ad illorum ſubiectionem: niſi fortè legas ſubiectione. i. vt illis ſubijceremur. Huius autem clauſulæ citra negationem lectæ accommodatior videtur intellectus quem adfert Hie. dicens Paulum ad horam ceſsiſſe, in eo quòd ipſe & Barna. oborta Antiochiæ ob legem ſeditione Ieroſolymam aſcenderint, ſuum collaturi cum apoſtolis euangelium.

Ab his autem qui uide. eſſe aliquid, quales ali. fue. nihil mea intereſt. Deus enim perſo. ho. nõ ac.) Varia apud varios eſt præſentis loci enarratio. Alij ad hũc modum

modum edisserunt: Qui videbantur esse aliquid, ab his Ierosolymitanis scilicet, quales aliquando fuerint, nil mea interest. Alij volunt Paulū orationē cœptam, quibusdam ceu per parenthesin interiectis, tādem absoluisse, sed mutata orationis forma, hoc pacto: Ab his autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquādo fuerunt nihil mea interest, Deus enim perso. ho. non ac.) Mihi enim (nam hoc statim post proposita verba subditur) qui videb. esse aliq. nihil contulerunt. Primasius inter veteres vnus in contextu legit, ab his qui videbantur esse aliquid, nihil ac
n. cessit. Atq; equidē hoc illis prætulerim, & licet illud, nihil accessit, nobis non exprimatur, subintelligi tamen commodè potest, quando tam est frequens in concisis sententijs huius Apostoli dictio.

Mihi qui uidebantur esse aliquid, nihil cont. Sed cōtra, quum uidissent, quòd creditum est mihi euangeliū præputij, sicut & Petro circuncisionis, qui enim &c.) D. Hieronymus hic indicat hyperbaton, itáq; multis quæ in medio sunt dissimulatis, breuiter legendum: Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt: sed econtra dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. Et adiungens: aut certè, inquit, ille absque iactatione sui occultus est sensus. Mihi qui videbantur esse, nil contulerunt, sed contrà, à me eis collatum est, dum fiunt in euangelij gratia firmiores.

Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis.) Id est, mecum & cum Barnaba illi, nempe Iacobus,
A. Cephas, & Ioannes, porrectis & iunctis inuicē manibus dextris, societatem inierunt. Quanq̄ potius

huiusce-

huiuscemodi symbolo testatos fuisse, declarasse ac firmasse, credendum est mutuam inter sese concordiam & societatem, apostolos Iudæorum, & apostolos Gentilium. n.

In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.) Cõtextus ipse satis videtur manifestus, si vltrà nil spectetur. Quòd si quis retrusiora cupiat, puta de Petri offensa, de tẽpore cessationis legaliũ: de affectu reprehendẽtis, videat disputationẽ Aug. cũ Hier. & Tho.

Quòd si quærentes iustificari in Christo inuenti sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est?) Quæsiuimus, inquit, deserta lege, per euãgelicam gratiam iustificari, idq́ autore Christo deo. Sed si legem relinquere peccatũ est (vt vos adfirmatis) quis dubitauerit Christum eiusmodi peccati nobis fuisse ministrum?

Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico, præuaricatorem me constituo.) Hoc est, si statuere veterem legẽ contendo, indubie prȩuaricator fio, vtpote qui ea statuam, quæ sunt antiquata à Deo.

Ego enim per legem.) Gratiæ scilicet, legi Mosaicæ demortuus sum.

Quòd aũt nũc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei.) Præmiserat, non ego, inquiens, iam viuo: ratio est, quia legis meæ transgressor, imò oppugnator factus, tormentis & morti destinatus sum. Dico amplius, Lex me iam interemit: me scilicet, olim quidẽ crassum & carnalẽ legis obseruatorẽ, modò aũt trãsgressorẽ. Interemit inquam, quantũ in ipsa est: sed q̃ minus iam è medio sustulerit, me q; debetur in Chrm̃ X.

fidei,

fidei, qui me à legis damnatione eripuit.

Ex capite III.

QVis uos fascinauit.) βασκάνειν hoc loco ob inuidiam incãtare & decipere, alioqui inui-
θ. dere significat: vt intelligamus liuore fuisse percitos, qui Galatis persuadere conati sunt, legi esse obtemperandũ, idq́; obiecto eorum oculis quodam veluti præstigio, quo fiebat ne intelligerẽt quidem Galatæ sese deludi.

Ante quorũ oculos Christus Iesus proscriptus est,
X. *& in uobis crucifixus.*) Tam in bonam potest accipi partem, quàm in malam. In bonã, si intelligamus ob illorum oculos, mentis dico, dominum Christũ fuisse descriptum seu depictũ, atq; inter ipsos veluti cruci affixum, tantoq́; acrius vtiliusq́; illis fuisse conspectum quàm ipsis Iudæis crucifixoribus, quanto interni mentis fide, fideiq́; oculi præferuntur corporeis. Itaq; proscriptus, nihil aliud est quàm ante vel coram scriptus, vt vim habeat localem: porò præ-
n. scriptus (quemadmodũ scribunt nonnulli) temporalem magis vim habet, ne quis sic putet esse legendum. In malam partem accipitur, si intelligamus il-
A. los intantum dementatos, vt iudicarint Christum proscriptione damnatum, expoliatum, & vt iniquũ aliquem merito crucifixum, despiciendum esse.

X.A. *Si tamen sine causa.*) Quasi dicat, nõnulla adhuc est spes reliqua commutandæ in melius vitæ, neque frustra vos tãtum afflictionum onus ab infidelibus pertulisse. Vide Hieronymum.

Qui ergo tribuit uobis, &c. an ex auditu fides?)

Subau

Subaudiendum, arbitramini hoc fieri, aut id genus aliud. Subest enim sermoni anapodoton.

Lex autem non est ex fide.) Quippe quæ nihil mandet credendum. A.

Vt pollicitationem spiritus accipiamus.) Pollicitatio spiritus phrasi hebraica, pollicitatio est spiritualis, aut iuxta spiritum facta. Quæ enim Abrahæ pollicitus est Deus, spiritualia esse intelligit Apostolus, O. & eadem nunc tradita esse fidelibus, benedictonem scilicet & reliqua bona.

Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.) Totum istud ceu per parenthesin insertum accipi debet. Et ὅμως tamen, pro certè positum.

Abrahæ autem per repromißionẽ donauit Deus.) Ipsam videlicet hæreditatem.

Donec ueniret semen cui promiserat.) Hoc semẽ Christus erat. Huic etenĩ Deus promiserat, hoc est, Oe. O. promissionem fecerat, quòd per ipsum benedicerẽ Gen. 23. d tur omnes gẽtes. Pro ἐπήγγελται Ambr. legit promissum est, & exponit promissio facta est: atq; hinc liquet non esse legendum quod promiserat. n.

Propter transgreßiones posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris.) Ordinata, disposita, data per ministeriũ X. angelorum, in potestate mediatoris nostri Christi. Angelos etiã accipere possumus Mosen & Aaron, A. per quos Deus legẽ dedit: nam angelus officij nomen est, non naturæ. Ordinem autem orationis hyperbato confusum, sic B. Hierony. putat reddendũ:

Lex posita est per angelos in manu mediatoris, propter transgreſsiones ordinata per angelos, donec veniret ſemen cui promiſſum erat. Quum autem dicit, In manu mediatoris: indicat CHRISTVM & legis eſſe latorem, & abrogandi ipſam habere autoritatem.

Mediator autem unius non eſt, Deus aũt unus eſt.) Beatus Hieronymus ediſſerens hunc locum, aliud quiddam intellexiſſe ſe indicat, quàm quod vulgus Interpretum. Scribit enim ad hunc modum: Manum, mediatoris potentiam & virtutem debemus accipere: qui quum ſecundum Deum vnum ſit ipſe cum Patre, ſecundum mediatoris officium alius ab eo intelligitur. Hanc interpretationem deprehendo ipſum etiam Primaſium, eiuſdem ferè cum Hieronymo ætatis ſcriptorem, apertius etiam indicaſſe: ita tamen, vt alteram communem non diſſimulauerit. Præmittens enim Apoſtoli verba, Mediator autem vnius nõ eſt, Deus autem vnus eſt, ita ſubdit: Subauditur ſubſtantiæ, vel vnius partis, quia inter Deum & homines extitit mediator. Ideo autem addidit, Deus autem vnus eſt, ne quis eum propter officium carnis aſſumptæ ab vnitate diuinæ ſubſtantiæ ſepararet. Vnius non eſt, vt ſubaudias, ſubſtantiæ: quia in CHRISTO ſicut vna perſona, ita gemina ſubſtantia. Hanc quoque interpretationem probatiorem reddit, quòd durè ad præcedentem particulam ſubnecti videatur, Deus autem vnus eſt, ſi videlicet vnius referas ad illa inter quæ CHRISTVS mediator eſt: deinde quòd diuus Hieronymus vtrobique vnus legat in ſuo cõ-

textu non vnius, nec enim librarij vitio ibi ita scriptum arbitror.

Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uerè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato.) Referenda sunt hęc ad id quod superius dictũ est, Abrahæ per repromissionẽ Deum donasse futuram benedictionem. Eò enim retulisse videtur diuus Chrysostomus, qui enarrat ad hunc modum: Nam si in semine, inquit, Abrahæ repromissiones datæ sunt, lex autem inducit maledictionem, est vtique aduersus promissa Dei. Quomodo igitur soluit obiectionem? Primum quidem negat, dicens: Absit. Deinde etiam probat, ita loquens: Nam si fuisset data lex vt posset viuificare, verè ex lege fuisset iustitia. Quod autem dicit, hoc est: Si in lege vitæ spiritum habuissemus, & hæc potestatem habuisset nostræ salutis, fortasse ista rectè diceres. Contrà, si per fidem seruaris, etiamsi lex reddat execrabileis, nihil detrimenti capiebas, posteaquàm venit fides omnia dissoluens. Nam si per legem fuisset repromissio, iure metueres, ne exclusus à lege, simul & à iustitia excludereris. At si ideo data est lex, vt omneis concluderet, hoc est, coargueret, ostenderétque eis ipsorum peccata, non solum non obstat quo minus consequaris repromissiones, verumetiam confert ad eas adipiscendas. Hoc itaque significans dicebat: Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, vt promissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Nam quoniam Iudæi ne sentiebant quidem sua peccata,

Sed cõclusit scri. oĩa sub pecc.

non sentientes autem nec desiderabant remissionẽ, dedit legem quæ proderet vulnera, quò medicum requirerent. Hæc ille.

Sub lege custodiebamur cõclusi, in eam fidem, quæ reuelanda erat.) Lege, inquit, veluti muro quodam conclusi custodiebamur, ne ad prophanos vagaremur ritus gentilium, aut ad alia opera praua: atque ita seruabamur fidei, quæ aliquando per Christum erat reuelanda: qua iam reuelata, à legis sumus custodia vindicati.

Lex pædagogus noster fuit in Christo.) Lex ipsa suis auditoribus quasi rudem quendam præstitit ductorem, instructorem, & formatorem, ipsos adhuc veluti pueros manu ducens ac trãsmittens, εἰς χριστόν, ad Christum doctorem & magistrum legis verum, primarium, & absolutum. Pædagogus à ducendis pueris dicitur.

Vt ex fide iustificemur. Item infra: *Omnes enim filij* Dei *estis per fidem quæ est in Christo.*) De viua & operosa fide intelligenda hæc sunt. Nemo enim verè iustus, & Dei efficitur filius, nisi per fidem viuã, quæ cum spe & dilectione etiã bona opera, aut certè benè operandi voluntatem includit, cum detestatione admissorum.

Ex capite IIII.

S*Vb tutoribus & actoribus.*) Actor dicitur, qui cuiuspiam causas & res agit & curat. In archetypo est: ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, id est, sub curatoribus & dispensatoribus: quæ ferè cum illis coincidunt.

Sub

Sub elementis mundi huius. Rurſus infra: *Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa?*) Elementa mundi huius vocat craſſas illas & initialeis elementaleiſque legis obſeruationes, ad mundi huius elementa, puta aquam, ignem, terrã, ſolem & lunam pertinentes: cuiuſmodi erant purificationes, neomeniæ, ſabbatha, oblationes frugum, victimæ, holocauſta, diſcrimen inter animantia munda & immunda, traditiones de igne & lucernis non accendendis ſabbatho. Hæc ipſa paulò inferius infirma & egena vocat, quòd vim nullã haberent ad conferendam iuſtitiam, neque efficacia eſſent ad obtinendam ſalutem. A. Tert. lib. 5. cõ. Marci.

Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Quid ergo? Nullásne obſeruabimus ſacræ quietis ferias? Nullásne celebrabimus Domini noſtri, & ſanctorum ſanctarúmque feſtiuitates? Audi quid reſpondeat beatus Hieronymus. Nam huius te malo audire, quàm vel meam, vel neoterici alicuius ſententiam. Dicat (inquit) aliquis: Si dies obſeruare non licet, & menſes, & tempora, & annos: nos quoque ſimile crimen incurrimus, quartam ſabbathi obſeruantes, & paraſceuen, & diem dominicam, & ieiunium quadrageſimæ, & paſchæ feſtiuitatem, & pentecoſtes lætitiam: & pro varietate regionum, diuerſa in honore martyrum tempora conſtituta. Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, nõ eoſdem Iudaicæ obſeruationis dies eſſe, quos noſtros. Nos enim, non azymorum Paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem iuxta morem Iſraël numeramus hebdomadas in Pentecoſte, ſed

Spiritus ſancti veneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in CHRISTO, propterea dies aliqui conſtituti ſunt, vt in vnum pariter omnes veniremus. Non quò celebrior ſit dies illa qua conuenimus: ſed quò quacunque die conueniendum ſit, ex conſpectu mutuo lætitia maior oriatur. Qui verò oppoſitæ quæſtioni acutius reſpondere conatur, illud affirmat omneis dies æqualeis eſſe: nec per paraſceuen tantum CHRISTVM crucifigi, & die dominica reſurgere, ſed ſemper ſanctum reſurrectionis eſſe diem, & ſemper eum carne veſci dominica. Ieiunia autem, & congregationes inter dies, propter eos à viris prudentibus conſtitutos, qui magis ſeculo vacant quàm Deo: nec poſſunt, imò nolunt toto in eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltem hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi, ſemper exerceat? Itaque ſicut nobis licet vel ieiunare ſemper, vel ſemper orare, & diem dominicam accepto Domini corpore indeſinenter celebrare gaudentibus: Non ita & Iudæis fas eſt omni tempore immolare agnum, Pentecoſten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidiè. Idem quoque ſenſum indicans apoſtolicum tradit hunc locum plenius ab Apoſtolo explicari, in epi-
Col.2.c. ſtola ad Coloſſenſes, vbi ita ſcribit: Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorum, quæ ſunt vmbra futurorum, &c. Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi huius, &c.

Timeo uos. Pro timeo vobis, vel de vobis.

Estote sicut ego, quia & ego sicut uos.) Iudæis hæc loquitur, qui in Christum crediderant: me inquiens imitamini, quia & ipse deserta lege ad fidem accurri: quandoquidem & ego sicut vos eram legem obseruans & magnifaciens. Vel, si magis placet quod habet Ambrosius, hoc dicebat vt darēt operam, vt sese corrigerent: quia & ipse hoc erat, nempe homo quod & illi: & quum fuisset in errore persequens ecclesiam Dei, correptus tandem sese conuertit. Oe.

Fratres obsecro uos, nihil me læsistis. Quanquàm be. Hiero. illud obsecro dicit pertinere ad præceden tia, Obsecro vos sitis vt ego: mihi tamen videtur ad sequentia referri commodius: sed ita, vt sit vox non propriè quippiam efflagitantis, sed blandientis po tius aut plaudentis. Nam hoc sensu vsus est Symmachus verbo græco δέομαι Psalmo 114. vbi legimus: ò domine libera animam meam, cuius loco in archetypo est Anna pro quo, hic à 70. Inter. ò: psal. verò 117. ab Aquila Symmacho & Theodotione ὢ δὴ scriptum est. Vide Hieronymū ad Dama. Quod ergo dicit tale est. Quod sic acriter vos obiurgarim ò fratres, nolim id interpretemini quòd tanquàm læsus à vobis, aut odio percitus id egerim: nihil enim (mihi credite) me læsistis: quinimò honoribus, ac gratis etiam operibus estis prosequuti. Tom. 3. ep. 43. Multi. X.

Scitis autem, quia per infirmitatem carnis euangelizaui uo. & cæt.) Per infirmitatem carnis, non suę (inquit Hiero.) sed audientium, Galatis annūciauit,

qui non poterant carnem subijcere verbo Dei, altioraq; suscipere sacramenta: sed quasi carnei nihil intelligētiæ suscepere spiritalis. Alij, per infirmitatem,
A. hoc est, per vexationes & discrimina prædicasse Apostolum dicunt: nec tamen tentationibus, plagis, & persequutionibus diuexatum, contemptum ab illis fuisse: aut eiusmodi plagis Galatas ipsos offensos fuisse, quò minus illum excepissent. Aut certè cum beato Hieronymo suspicari possumus Apostolum quum primum Galatas adiret, aliqua infirmitate corporali detentum fuisse. Nam tradunt eũ grauissimum capitis dolorem sæpe perpessum: & hunc esse satanę angelum, qui appositus ei fuerit, vt ipsum colaphizaret.

Vbi est ergo beatitudo uestra?) Beatos vos prædicabant cæteræ ecclesiæ, ob vestram in prædicatorē
B. beneuolentiã. At qualis nunc est beatitudo vestra: & quò tãdem est redacta? Quãdoquidem animaduerto vos longè cõtra hoc tēpore erga me esse affectos.

Excludere uos uolunt.) A me scilicet, & euangelio Christi.

Vellem autem esse apud uos modò, & mutare uocem meam.) Quid porro? Num Apostolum pœnitebat prædicati euangelij? Num prædicationis vocē in diuersum commutatam volebat? Haudquaq̃. Verùm Apostolus, qui factus fuerat infirmus infirmis, Iudæis Iudęus, breuiter, omnia omnibus, vt omneis lucrifaceret, ꝓ qualitate eorũ quos saluare cupiebat, mutabat vocē suam, & in histrionũ similitudinē, habitum in diuersas figuras vertebat & voces. Cernebat Galatas alia indigere doctrina, aliaq; ab illa q̃ ad

Christi fidem fuerant conuersi via debere saluari: & compellebatur dicere, vellem nunc esse apud vos, et mut.voc.m. Tanquàm si dicat. Video me, non prodesse blandum & lenem, qualem aliquando estis experti. Insuper, & literis diffido meis: quapropter opto pristinum inefficacem tam oris, quàm epistolæ in vehementiorem commutare sermonem. Et quo modo prudens medicus, quum per molliciem emplastri alicuius nequaquàm sanitatem conferri conspexerit, mordacioris pulueris addit medicamētum: ita ego, quia confundor in vobis, vellem literarum vocem præsens de meo ore proferre, vt vos solito seuerior ipse corriperem: quoniam epistola nō potest vocem obiurgantis exprimere, non valet irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris apicibus explicare. Hæc ferè Hieronymus. Alios intelligendi modos, quum aliundè, tum ex Hieronymi commētarijs petendos relinquimus. Illud tantū obiter adijcimus, gręcos explanatores interpretari de voce mutanda in fletum & luctum.

Quoniam confundor in uo.) Græcus sermo ἀπορῶμαι polysemos est, nō paulo latius patens quàm confundor. Vnde fit, vt Am. pro rubore patior accipiat, quemadmodum confundor ferè accipitur in scriptura sacra: græci autores, hęreo, perplexus sum, inops consilij sum, & in ambiguo sum, interpretantur. Hieronymus indigeo exponit, quòd scilicet Apostolus in Galatis non haberet fructus, quos (inqt) de discipulis solent habere doctores. Et exponens quid in græca includatur voce, ἀπορῶμαι inquit, non tam confusionem, quæ græcis αἰσχύνη siue σύγχυσις appellatur, quàm indigentiam & inopiam sonat.

Ad hæc, si literatoribus credimus, signat etiã dubito, deficio, & peturbor, hoc est, confundor.

Qui de ancilla, secundũ carnẽ natus est: qui autem de libera, per repro. Ismael qui ex Abrahę ancilla nomine Hagar natus est, iuxta naturalem & communem humanæ generationis consuetudinem natus est: vtpotè, qui nullo prænunciatus oraculo, vtrunque habuerit parentem ad generandum habilem. Isahac verò, qui ex Sara vxore libera progenitus est, virtute magis diuinæ promissionis ortus est. Nam & diuino oraculo fuit promissus, dicente Domino ad Abraham: Ecce Sara vxor tua pariet tibi filium, &cæt. vterque parens ad gignendam prolem fuit inualidus: quòd videlicet alter defecto esset præ senio corpore, altera verò, non modo emortua matrice anus, verum etiam alioqui prorsus esset sterilis. Quæ hic adducit Hieronymus de repromissione Ismaelis coactiora sunt, quàm vt mihi possint ꝓbari, ne quis forte ea putet amplectenda.

A.o.

Duo testamenta. Siue duæ ostensiones, sicut inuenimus (inquit Tertul.) interpretatum.

Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra.) In græcis codicibus ita ad verbum legimus. Vnũ quidem à monte Sina in seruitutem generans, quod (siue quę) est Agar. Agar enim Sina mons est in Arabia: coniungitur (vel coordinatur) autem ei quæ nunc est Hierusalem: ser

uit autem cum filijs suis. Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quę est mater omnium nostrum. Vbi aduertendum, Agar secundo loco loco positum, montem ipsum Sina Arabum lingua indicare, vt intelligas duo hæc Agar & Sina appositiuè coniungi: (quanquàm præstaret, ne dicam deberet Agar eo loco abesse, vt scriptura cum veterum consentiret lectione) deinde συστοιχεῖ aliud quid quàm cõiunctus è sonare, cuius emphasin appropriato vocabulo reddere nequeas. Indicat namque qualitatis coniunctionem quandam montis Sina cum Ierusalem, quia ei comparatur, & proportione quadam similis est. Quemadmodum enim in Sina lex seruitutis tradita est: ita in Ierusalem à monte Sion, lex euangelica promulgata est, iuxta illud Iesa. vaticinium. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Alioqui, quod ad locorum intercapedinem attinet. Sina mons ab Ierusalem multis passuum milibus dissitus est: nimirum (vt nonnulli putant) itinere 8. dierum, miliaribus verò horarijs seu Brabanticis circiter 70. Satis autem obscurè ponit hanc allegoriam Apostolus propterea quòd non perstet in præsumpta voce testamentorum, sed eius loco primum Agar substituat, mox Sina, inde Ierusalem: quæ vt sit aliquanto dilucidior, ita construe sermonem, sed iuxta sensum potius, quàm iuxta numerũ verborum. Duæ, inqt, matres Hagar & Sara, duo indicant testamẽta. Prius testamentum quod est. i. signatur per Hagar, datum in mõte Sinai, seruile est, prolemq́ suam vt Hagar serua in seruitutem progignit. Porro mons ipse Sinai affi

Oe. 6.

Iesa. 2. a.

affinitatem & copulam habet cũ Ierosolyma hac temporali, quòd vtrunq; terrenũ, vtrunq; seruile, & vtrobiq; lex data sit. Seruit itaq;, conditionem'q; habet seruilem vetus illud test. quasi Hagar quędã vna cum suis filijs: & Ierusalem terrena, hoc est, cum synagoga Iudaica. Cæterum quod ad posterius attinet test. est alia Ierusalem superne constituta, vtpotè spiritualis ac sursum tendens, cuius typum gerit altera illa mater Sara nomine: hæc libera est à seruitute legis Mosaicæ, eadem'q; mater est nostra videlicet omnium Christianorum.

Ex capite V.

A. *TEstificor autem rursus omni homini cir. se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ.*) Hoc ideò dicit, quia tam erãt pertinaces in tuenda obseruatione circũcisionis, vt digni essent quibus vniuersa imponerentur legis onera.

Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Ex quali autem fide spes expectanda sit iustitię, apostolus ipse manifestat dum subdit: fides quę per charitatem operatur.

•. *Persuasio hæc.* De seruandis ritibus Iudaicis.

Ergo euacuatum est scandalum cru. Si circuncisio
•. nem prædico, inquit, cessabit haud dubiè scandalũ, quo crucis ratione offendũtur Iudæi. Nam nullam ob causam aliam crucis hi sunt prædicatione perculsi, neq; alia ratione eam repudiant, nisi quia circuncisionem simul tollit & legem.

Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libert. in occa. detis car. sed per charitatem spiritus seru.

seru.inui. Omnis enim lex in uno ser. imple. Diliges prox. t.si. teip. Quòd si inuicem mord.et com. uidete ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo: spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus aũt aduersus carnem (hæc enim sibi inuicem aduersantur) ut non quæcunq; uultis illa faciatis.) Vt & breuem horum omnium explicationẽ habeas, & simul etiam scias cuiusmodi sit hæc ad quam vocati sumus Christiana libertas, audi quid b scribat Hieronymus: Fratres de seruitute, inquit, legis vocati estis in euangelij libertatem. Verum obsecro vos, ne libertate pro licentia abutamini, & putetis vobis cuncta expedire quæ licent, detisq; occasionẽ carni & luxuriæ. Quin potius discite quòd libertas hęc maior sit seruitus, vt quod antè lex ab inuitis extorquebat obsequium, nunc per charitatem vobis inuicem seruiatis. Siquidẽ omne illud onus legis et multiplicia pręcepta, nõ tam exclusa sunt per euangelij gratiam, quàm vno charitatis sermone breuiata, vt diligamus ꝓximos sicut nosmetipsos. Qui enim diligit proximum totam legem implet, bona ei tribuens, mala non inferens. Quòd si cesset dilectio, & non sit charitas per quam lex vniuersa completur, & publicum quoddam inter homines latrocinium erit, vt contra se inuicem deferentes, seq; mordentes consumantur ab inuicem. Vos autem fratres, propterea secundũ spiritualem legem debetis viuere, ne desideria quę carnis sunt perficiatis. Caro enim frigus timet, aspernatur famẽ, attenuatur vigilijs, libidinibus exardescit, mollia quæq; & iocunda desiderat. Et contrà spiri- Mat. 22.h.

tus

tus ea quæ carni contraria sunt, & ea quæ illam debilitare queant, experit. Et ita fit, vt non ideò quia sub seruitute legis esse cessastis, putetis esse vos liberos: sed sciatis magis naturæ vos lege retineri: quia non statim si lex non imperat, & natura cessauit, ne voluntatem scilicet vestram opera subsequantur, sed frequenter ea facere compellamini, repugnāte carne aduersus spiritum, quæ facere non vultis. Ex quo fratres obsecro vt non detis libertatem vestrā in occasionem carnis, sed magis spiritu seruiatis, vt incipiatis ea facere quæ vultis, & nihil debere legi, id est, non esse sub carne. Quia libertatem legis abolitæ tunc verè in euangelio habere poteritis, quum vos nequaquàm caro compulerit facere quæ non vultis: sed spiritui seruientes, docueritis vos nō esse sub lege. Hactenus ille. Quum autem dicit totam legem impleri per dilectionem proximi, intelligēdum est in hac etiam includi dilectionem Dei: qa altera sine altera seruari haud potest teste be. Iohāne q ait: Si diligimus inuicē, Deus in nobis ma. et
1. Ioh. 4. c. cha. eius in no. perfecta est. Itē, Hoc mādatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat & fratrem suum. Constat autem in proximi dilectione includi vel maxime dilectionē Dei, quòd nemo nobis propinquior sit quàm ipse Deus.

Aduersus huiusmodi non est lex.) Lex enim vitijs & malefactis aduersatur, non benefactis: & propter peccata leges dantur vt illa coerceant ac damnent, non autem propter virtutes, nisi vt eos commendent.

Ex capite VI.

Huius-

H*Viusmodi instruite.*) Aptius est ad sensum quod habet Alex. papa I. sustentate. Hieronymus interpretatur, perficite καταρτίζω enim polysemon est. Vide Budæum.

Et non in altero.) id est, quum ab alio quopiam laudatur, autore Augustino.

Vnusquisq; onus su.por.) Huic aduersari videtur quod premisit: Alter al.on.por. Sed alia sunt onera (inquit Aug.) participandę infirmitatis, alia reddendę rationis Deo de actibus nostris. Illa cū fratribus sustentāda cōmunicant: hęc propria ab vnoquoque portant.

Communicet autem is, qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis.) Locus in sententia & constructione varius est: nos tamē satisfecisse videbimur, si vna indicata reliquas sagaci lectori aliūde quęrendas relinquamus. Dicit ergo. Is qui catechizatur, hoc est, instituit, eruditur, & docetur Christianę fidei mysteria, cōmunicet & impertiat suo catechistę, seu doctori quęcunque habet fortunę bona, victū, vestitū, opē, denique beneuolētiam & honorē.

Videte qualibus lit.scrip.uo.me.ma.) Qualibus, inquit, characteribus, nēpè mea ipsius (vti cernere potestis) qualiquali manu deliniatis. Nam Chry. in illo πηλίκοις, id est, qualibus vel quātis, indicari putat Pauli in pingendo ruditatem, & elementorum nō magnitudinem, sed deformitatem.

Quicunq; enim uolunt placere in carne. Placere in carne, est placere hoībus, vel probari apud homines.

Mihi mūdus crucifixus est, et ego mundo. Quicqd extra Christum mundi huius est, mihi velut abominanda cruce dignum, mortuum est: & ego

vicis-

vicissim, vt pari cum Domino meo cruce mundi iudicio dignus, ipsi mundo sum demortuus. Quo fit, vt nec illecebræ, nec mortaliũ terriculamenta quicquam in me sibi vindicare possint: neq; ego eisdem, quamuis obuijs præsentibusq;, aut capi queam, aut commoueri.

Quicunq; hanc regulam.) Hanc nouæ creaturæ seu vitæ formam ac regulam sequuti fuerint, auersati inualidas legis cęremonias, pax super illos & mise.

De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stig. Domini Iesu in cor. m. por. Quousq;, inquit, dum fluctuatis, dum in errore perstatis, exhibetis mihi labores & molestias? Laborem præstat magistro qui aliter & sentit & viuit, quàm magister & docuit & fecit. Persuadeamini ac corrigamini, si non ob aliud, saltem vel ob stigmata, quæ propter vos & prædicationem erga vos in corpore circumfero. Hæc euidẽtia atque indubitata testimonia esse possunt, quàm non fuerim in mea doctrina vacillans, quum vos cõtra tãta facilitate desciueritis ad ritus Iudaicos: item quàm procul absim à probanda circuncisione, quũ non iam de resecta præputij pellicula, sed de acceptis in corpore plagis, quasi de quibusdam militiæ meæ glorier trophæis.

IN EPISTOLAM
AD EPHESIOS
SCHOLIA.

Ex capite I.

PEr *Iesum Christum in ipsum.* εἰς αὐτὸν, in se, vt ad patrem intelligas fieri reciprocationem.

Gratificauit. Id est, gratos & charos reddidit.

Vt notum faceret nobis sacramentum uolun. suæ, secundũ beneplacitũ eius, quod proposuit in eo, in dispẽsatione temporum: instaurare omnia in Ch. quæ in cæ. sunt, et quæ in ter. Sensus & ordo verborum hic est. Vt quod Deus Pater proposuit ac prædestinauit sacramentum siue mysterium voluntatis suæ, notum faceret nobis, secundũ beneplacitum ἀυτοῦ suũ: in eo hoc est, per Filiũ suũ, in dispensata iam plenitudine temporis. Quod nam vero sit arcanum illud, manifestat dum subdit. Restaurare. i. in priorẽ statum quasi ad caput reuocare: aut si mauis ἀνακεφαλαιώσασθαι recapitulare, hoc est, breui recapitulatione implere, & summatim complecti vniuersa mysteria longo tempore prenunciata, tã quoad cælum, quàm quoad mundum hunc. Restaurantur autẽ quę in cœlis sunt, dum quod in angelis lapsum est, per homines reparatur. Instaurantur quę in terris, dum qui ad perennem prædestinati sunt vitam, ad ipsam à corruptionis vetustate reducuntur. Potest tamen illud, in eo in dispositione ple. temporis cum ijs quæ subsequuntur coniungi: rursus, in dispo. quoniam grecis est in dispositionem, cum proposuit construi: item in eo, potest, cum eodem verbo proposuit iungi. A.H. H. Ans.

Sorte uocati sumus.) Hoc est, occulto Dei fauore, sicuti sors occulto numinis cõsilio obtingit. Pro tribus his Paulus vnicam vocem posuit ἐκληρώθημεν:

quam neotericorum alij, in sortē adsciti sumus: alij in hæreditatem adsciti sumus vertunt: nam vox est ad sortem & hæreditatem ambigua.

In redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.) Hoc est, ad redemptionē fidelis populi precio acquisiti, vt ex hoc etiam Dei gloriam attollamus prӕconijs.

Vt Deus Domini no. Ie. Ch. Pater gloriæ, det uobis spiritum sapiētiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis ucstri, ut sciatis, &c.) Oro, inqt, vt Deus Domini Dei nostri Iesu Christi, idē'q; Pater gloriæ det vobis spiritum sapientem & reuelantem vos'q; illustrantem in agnitionem sui, vel in ἐπιγνώσει αὐτοῦ cognitione eius nimirum Christi: det inquam vobis illuminatos oculos mētis vestrӕ, vt sciatis quæ sit spes. Hic vti cernis clausula in agnitionem eius iungitur superioribus, nihil tamen prohibet, quo minus iungatur sequentibus, illuminatos oculos in cognitionem Christi.

Et ipsum dedit caput super omnem eccle.) Quod in græcis legitur adstipulante Chryso. simul & Hieronymo, ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ, super omnia ipsi ecclesiæ, ita explicat Occu. Aut super angelos & archangelos ipsum filium dedit caput: aut eum qui est super omnia visibilia & intelligibilia nempe Christum: aut super omnia bona hoc fecit, vt filium daret caput. Quanq̄ equidē schemate quodam sic dictum puto, quo sublato (ne quid sermo haberet absurdi,) sensum nobis dedit Interpres, quēadmodum & alibi in phrasibus latinis auribus inauditis prudenter simul & erudite fecit.

Et plenitudo eius, quia omnia in omnibus adimplet. Plenitudo quædam & perfectio Christi, ecclesia ipsa est, quæ caput suũ Christum qui implet omnia in omnibus absolutum quodammodo reddit & cõplet, quando ei perfecta dilectione coniungitur. Christus itaq; adimplet in omnibus omnia, nimirum vnus omniũ autor, creator & fons, sed* vt caput ecclesiæ est, & ipse per vnita sibi membra perficitur. Licebit etiam πληρουμένου passiuè accipere, sicuti maior habet pars codicum latinorum. Itaq; Christus impletur vt sit omnia in omnibus: vel per ppositoriam voculam κατ' subauditam, Impletur Christus per omnia, in omnibus corporis sui membris simul charitate conglutinatis. Prout. X.E.

Ex capite II.

ET *uos conuiuificauit cum essetis mortui.*) Conuiuificauit huic loco ab interpretante interiectum est, quo lõgissimi hyperbati incommodũ vitaretur. Nec enim alibi perfecta periodo clauditur verborum series, quàm vbi dicitur, super nos in Christo Iesu. Quin & ipse Apostolus vt ostenderet cui potissimum verbo niteretur sermonis structura, priusquàm id exprimat prima huius capitis verba licet mutata persona repetit dicẽs, quum essemus mortui peccatis conuiuificauit, &cæ. Hæc propter eos, qui Pauli fontem quam interpretis malunt riuum sectari, ne offendantur non legentes τὸ συνεζωοποίησε in ipso statim exordio. Quãquàm equidem riuum hũc nostrum æstimo in multis hodie fonte ipso non paulo puriorem.

Seculum mundi huius.) Vitam dicit mundanam & impiam.

Secundũ principem potestatis aëris huius spiritus. Pluralitas hæc genitiuorum orationẽ reddit perplexam. Be. Am. genitiuũ πνεύματος per accusantẽ casum extulit, vt appositione cohæreat cũ principem: vt sic dicatur. Secundum spiritum illum principem potestatis vel prępotẽtem aëris huius. Quod ad nostram attinet lectionem, illud commodius videtur, vt dicamus genitiuos nonnullos hębraico more vice adiectiuorum positos, sicq; esse resoluendos. Secundum prępotentem principem spiritus huius aerei. Verum nõ est quòd anxij sumus in rebus huiuscemodi non perinde magni momenti: illud hic in summa sufficiat vtcunq; constituamus, si tota hac clausula principem tenebrarum diabolum intelligamus designari.

In filios diffidẽtiæ. Hebręa phrasi dictũ, pro filijs diffidentię addictis, vel diffidẽtibus. Illud quoq; memineris ἀπειθίαν nõ modo diffidentiã, sed etiã cõtumaciã inobedientiã, & impersuasibilitatẽ declarare.

Eramus natura filij iræ.) Non ea natura qua primũ à Deo conditi, sed qua sumus per peccatum Adę deprauati. Vel iuxta Au. ideo natura filij irę, quia peccante primo homine vitium pro natura inoleuit.

A. tra. in Ioh. 12

Gratia enim estis saluati per fidẽ, et hoc non ex uobis. Dei enim do. est non ex operibus, ut ne quis glo.) Ne forte hic tibi persuadeas non esse vacãdum pijs operibus, audi quid ipse Apo. tãdem subijciat. Creati in Christo Iesu in operibus bo. Audi quid Dominus dicat in euan. Non vos me elegistis, sed ego ele

gi vos, & po. vos vt eatis & fructum adferatis. Vnde grauiter simul & Christianè ita dicit Au. Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te. Cætera prætereo. Ioh. 15. c.

Creati in Chr. I. in operibus bonis. Ne cui absurdũ videatur quod dicit creati in operibus bonis, sciat id in græcis haberi ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς ad opera bona. In hoc enim creati sumus in Christo, hoc est, recreati per baptismum, vt pijs vacemus actionibus. A. X.

Præputium.) Gẽtileis, circuncisionem Iudęos dicit, vt alias non semel admonuimus.

Hospites testamentorum promißionis.) Id est, peregrini & alieni à pactis & testamẽtis promissorijs: nã quod sequitur, spem non habentes, colo separandũ est à promissionis: vt subaudias futurorum. Tertul. tamen secus distinguit. X. Li. con. Mar. 5.

Et medium parietem maceriæ soluẽs inimicitias in carne sua: legem mandatorũ decretis euacuãs, ut duos condat in semetipso in unum no. ho.) Illud inimicitias per appositionem cum parietẽ iungendum est: q̊d neoterici quidam cum legem iungũt, sed perperam, vt liquet ex veterum commentarijs, etiam ex ipso Chry. si commentum ipsius propius inspicias, & bene distinguas & intelligas. Vocat aũt interiacentem parietẽ inimicitiam, nõ tam ꝙ populum diuideret, à populo, q̃ quòd vtrunqꝫ dirimeret à Deo. Pręterea in eo quod dicitur τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ aduertendũ priorẽ vocem à μέσος & τοῖχος compositã, non proprie interstitium vt moderni vertunt, sed sonare quasi dicas intermurale vel intermurium, nimirum eum parietem, qui domum à domo dirimit, alterã vero à φράττειν sepiendo & muniendo dictam, pro n. n.

priè sepem declarare. Verum scriptura sepem & maceriam pro eodem vsurpat, nunc hanc nunc illam vocem habens pro φραγμὸς, pro quo Paulinus vallum habet, epistola ad Amandum 2. & per parietem intelligit peccatum. Connectit autem hęc duo parietem maceriæ ex more loquendi hebraico, quasi dicat parietem vel intermurium maceriaceum, indicans neque gentilitatem stabilem fuisse, neque
n. Iudaismum, vtpotè quæ cessatura erant aduueniente Christo. Postremò, ne quid prætercam, nolim te cũ neotericis legere, legem mãdatorum in decretis sitam, cum q; huic obstrepat illud mandatorum (vt interim sileam sitam non esse in græcis) tum maxime quòd nulli veterum sic exponant, ne Chryso. quidem, si propius inspicias. Nam etsi ipsius interpres sermonem Pauli in medio commento non semel repetat his verbis, legem mãdatorum in decre-
Mat.5. tis sitam abrogãs, ipse tamen Chry. decreta dicit intelligenda aut fidei, aut Christi, ita dicentis. Ego autem dico vobis, &c. Christus ergo, inquit, pax nostra, duos populos vnum fecit, simul & diuidentem
A. parietem maceriæ, nempe inimicitias vtriusque populi in sua carne & morte diruens: & legem man-
Heb.7.c. datorum sub. carnalium, iuxta illud, secundum legem mandati carnalis, decretis vel ἐν δόγμασι in decretis, id est, per decreta seu placita euangelij & fi-
X. dei abrogans: vt duos, nempe Iudæum & gentilem, in semetipso, id est, per semetipsum crearet hominem vnum nouum.

Hospites et adu.) ξένοι καὶ πάροικοι, propriè sunt peregrini & incolæ.

Super

Super fundamentum Apost. & prop. ipso summo angulari lapide Christo Ie.) Fundamentum Aposto lorum & prophetarum propriè non ipsi Apostoli et prophetę sunt, sed dominus ipse Christus Iesus de quo legis, Fundamentum aliud nemo potest pone re præter id quod positum est, quod est Christus Ie- sus. Quanquàm & ipsi fundamētum dici possunt, quòd fundamēto proxime cõiuncti atq; adeò pars quędam ipsius sint. Idem quoq; q alias cælestis fabri cæ fundamentum scribitur propter soliditatem, & omnis boni originem, hic etiam lapis angularis dici tur, propter fidelium conglutinationem: isq; non imus sed summus, quia caput et consummatio eccle clesiæ, est omnia in omnibus adimplens: qui est, in- quit, aliàs caput Christus ex quo totum corpus com pactum & connexum, &cæ. Cæterum post illud la- pide Aug. & Eucherius addūt existente, id quod ser- monem facit dilucidum.

G.in.Hi. in Esa. ca.49. 1.Cor.2.c. Supra.1.d. Infra.4.d. A.Psa.18. Eu.li.in gen.2.c.9.

Ex capite III.

HVius rei gratia ego Pau. uinctus Ch. Ie. pro uo bis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mi. Neq; solœcismus hic com missus est, vt putat Hier. neq; subaudire quippiã ne- cessum est, vt vinctus sum Christi: tantum sermo interruptus & suspensus est: qui tandem absoluitur vbi repetitur, Huius rei gratia. Occasione enim eius quod dixerat vinctus pro vobis gentibus, interserit quædam quasi præter institutum, & quod primum proferre volebat intermittit. Tandem vero rediens ad institutum, expressius quod distulerat, vt di- gressionis incõmodū leniret, ad eadē verba recurrit, n.

quibus interruptum sermonem inchoarat, indicās se ibi tandem exprimere quod distulerat.

Sacramentum.) Nimirum hoc, quod ipse tādem exprimit, gentes esse cohæredes & concorporaleis & comparticipes promissionis.

Inuestigabiles.) Dixit pro inperuestigabiles: quē-admodum & ad Rom. 11. inuestigabiles viæ eius.

Illuminare omnes quæ sit dispensatio.) Id est, declarare omnibus quæ sit communicatio, hoc est, κοινωνία quod hodiè in græcis loco οἰκονομίας legitur, sed refragantibus scriptoribus antiquis.

Vt innotescat principibus & potest. in cœlestibus per ecclesiam multiformis sap. Dei.) Ne mireris quòd nunc tandem angelicis mentibus innotuisse dicat diuinam sapientiam: quandoquidem neque superiores neque inferiores angeli mysterij Christi de gentium vocatione habuere cognitionem. Sed quā do cognouimus nos, tum per nos cognouerunt & illi. Quando collata in nos beneficia sunt contuiti, tum tandem intellexere variam illā vehementer diuinorum mysteriorum sapientiam. Porro illud per hic indicare instumentum palam facit genitiuus additus ipsi διά. Quamuis autem hæc communis sit interpretum sententia, ipse tamen sermonis apostolici tenor magis postulare videtur vt de principibus ac potestatibus terrenis accipiatur: & in cœlestibus additum intelligatur, propter principatus ipsius celsitudinem.

Multiformis sapiētiæ Dei, secundū præfinitionē sec. quam fecit in Ch. In quam relatiuo magis sapientia teste Hiero. resonare debet quàm ecclesia aut præfinitio

nitio. Secundum pręfinitionem seculorum, hoc est æternam, vtpotè factam añ secula. Vel seculorũ sub. futurorum.

Virtute corroborari. Item infra Ch. habitare, gręcismus est pro, vt roboremini, vt Christus habitet.

In charitate radicati, & funda. ut poßitis, &c.) Ante hæc verba subaudiendum uidetur, qui estis, aut simile quid. In cordibus v. qui in charitate estis radicati fundatiq́: aut necesse est transposita uocula vt, hunc facias ordinem. Vt in charitate radicati & fundati possitis comprehendere. &c. O. Au.

Quæ sit latitudo, longitudo, &c.) Dubitari posset cuius rei comprehendi uelit latitudinem: sed ex eo quod pręmittit, in charitate radicati, atq; mox subiĳcit supereminentem scientiæ charitatem, palam fit de charitatis agi latitudine & longitudine. Amb. tamen hæc de immensitate Dei. Oec. de mysterio uocationis gentium intelligit. Aug. etiã ad Christi crucem accommodat.

Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.) Hoc probabilius, veroq́ similius iudicauerim, vt scientiæ dicatur casus esse datiui, ac regi à supereminentem, idemq́ quod nobis datiuum postulabat, græcis paternum regere casum. Dicit ergo, Non precor solum scire vos mysterĳ nobiscum dispensati latitudinem, longitudinem, &c. quin etiam nosse vos volo Christi charitatem omni nostræ scientiæ pręminentem, vt potè quæ maior sit quàm ut possit comprehendi. Sed si ita est, quo pacto sumus nos charitatem huiusmodi cogituri? Excedit quidem omnem humanam scientiam: at vero non hu

mana ſcientia, ſed diuina, ſed cœleſtis adſequi vtcunque poteſt. Ad hæc non ait, ut quanta ſit pernoſcatis, ſed humanam ſciẽtiam excedentẽ. Ita fere Theo.

Su. Sunt tamen quibus Hieronymi magis ſentẽtia placet, qui ſcientiæ per paternum caſum accipit, ut ad charitatem pertineat, & ediſſerit ad hunc modum. Non iſte ſit, inquit, terminus habere notitiã supereminentis charitatis, niſi addamus & aliud vt supereminentem charitatem ſcientiæ conſequamur. Ex quo animaduertendum eſt, quia grandem & immẽſam Chriſtus ſcientiæ habet charitatem, id eſt, eorũ qui ſe ſcire deſiderant, qui in lege eius meditantur die ac nocte, qui uerba uertunt in opera, & quod ore medi tantur, conſummant manu, &c.

Ex capite IIII.

E. VT *dignè ambuletis uocatione.*) Hoc eſt, vt vitã agatis iſta vocatione dignam: additur enim is caſus particulæ aduerbiali ἀξίως: qui adderetur primitiuo ἄξιος quemadmodum ſi diceremus ſimiliter tibi.

Vnicuiq; noſ. data eſt gratia ſecun. menſ. donatiõis Ch.) Δωρεὰ hic potius pro liberalitate & munificentia accipiendum uidetur.

Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filij Dei, in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.) Donec perueniamus, inquit, pariter omnes in unitatem fidei ſimul & agnitionis Filij Dei: vt pertingamus ad ætatem perfectã ac uirilem, nimirum ad menſuram ætatis plenam perfectamq; ætate Chriſti, quæ nos plenè adultos

red-

reddat in Christo. Dicitur autem ętas plenitudinis Ch. per Hebraismũ, ꝑ ætate perfectissima quę Christi est. Hoc tamen ueteribus ferè obseruatum non est. Quod autem dixerat in uirum perfectum, idem quasi explicando repetit di. in mensuram &c. Quod edisserens Amb. Ita inquit laborandum hortatur, ut perfectio fidei apprehendatur: cuius hæc ratio est, ut Christum perfectum ac plenum Deum teneat fides, ne mensura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus Deus habeatur. Nec enim perfectum dicens uirum temporali ætate & mensura significat: sed per hoc dictum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis Filij Dei.

Crescamus in illo per omnia.) Eundem in græcis sensum reddet κατὰ subauditum ad τὰ πάντα: alioqui αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, erit quod Amb. & Hier. scribunt, augeamus in ipsum omnia. Verum hoc rectius illis noster uertit Interpres, ut complura alia.

Caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram unuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.) Elegantem iuxta ac eruditam nobis proponit diuinus doctor metaphoram, sed uerbis illis obscurioribus: quam ut aptè & graphicè enarret in suis commentarijs Theophy. ipsius hic uerbis adscriptis manifestare collibuit.

Quem-

Quemadmodum inquit, spiritus per neruos à cerebro ipso descendens sensum omnibus membris ad proportionem cuiq; impertitur: sic Christus nostris animis, qui illius sunt mēbra, sua dona suppeditat. Nec fortuitò & temerè sed pro mensura membri cuiusq;, hoc est, ut quodq; capere potest: & hunc in modum coædificari sibi uniuersum corpus, & coalescere facit. Alias enim nequiret anima à supernè spiritu descendēte, à quo & vitā accepimus & incremētum, subministrata excipere, nisi charitate (corporis instar unius) cōpacti essemus & iuncti. Nā ut manus à reliq corpore auulsa, haudquaq̄ ultra est vegetantē spiritū receptura, ut quæ à membrorum sit nexu discissa: sic sanè & nos nisi vnitatem seruemus, & animorum coniunctionem, haudquaq̄ aliquando sumus Spiritus gratiam admissuri, qui à Christo (qui caput nostrum est) profluxit. Idcirco & corpus compactum & connexū dixit, hoc est, nihil temerè dispositis mēbris, sed copulatis, uel singulis suo loco hærentibus, non disiectis, uel sine forma iacentibus. Hactenus ille. Pro pleniori huius loci elucidatione, quod in archetypo legimus poterat aliquanto dilucidius uel
X. in hæc verba transponi. Augeamur in illum per om
n. nia, qui est caput nempè Christus: ex quo totum corpus, si coaptetur & conglutinetur, siue conspiret per omnem commissuram subministratiōis, iuxta uniuscuiusq; partis seu membri admensuratam energiā seu operationem, augmentum corporis facit in ędificationem sui ipsius in dilectione. Sed vnus adhuc hic restat scrupulus, quid sibi uelit commissura uel iunctura administrationis. Ego ita dictum puto Pauli siue Hebręorum more pro cōmissura subministrāte

ministrante, quod ea subministret ac prębeat vnde membrum à capite spiritualem sumat uigorem.

Qui desperantes) Pœnam impiorum & pręmiũ iustorum. Pro ἀπηλπικότες graeci autores legunt ἀπηλγηκότες quos indolentes siue indolorios, teste Hiero. dicere possumus. Sunt enim ij qui postq̃ peccauerint non dolent: qui nequaq̃ sentientes ruinam suam feruntur in pronum & omne uitium. H.

In operationem immunditiæ omnis in auaritiam) πλεονεξία inpræsenti loco non simpliciter auaritiã, ut φιλαργυρία καὶ φιλοχρημοσύνη ab amore argenti & pecuniæ, sed immodicam rei appetentiã sonat, ut dum quis luxuriando satiatur nunquàm, nec ipsius terminum habet uoluptas. Et quemadmodum πλεονεξία ab habendo plus quàm ęquũ est, ita auaritia ab auendo, id est, concupiscendo dicitur. Græcè autem est in auaritia, id est, per auaritiam. H.

Deponite sec. prist. &c. Renouamini ante.) Apud Gręcos ĩfinitiui ἀποθέσθαι, ἀνανεοῦσθαι, & ἐνδύσασθαι, deponere, renouare & induere, uel simpliciter accipi possunt, ut pendeant ab illo ἐδιδάχθητε edocti estis, uel loco imperatiuorum iuxta uulgatã uersionem positi sunt, quemadmodum & in epist. ad Ro. ca. 12. gaudere cum gau. & flere &c. pro gaudete & flete dictum est.

Irascimini & nolite pec.) Id est, si contingat irasci, operam date ne peccetis, & ne ira aliquatenus ingrauescat. Scripta est & Alchuini sententia ita explicantis. Irascimini contra peccata, & postea nolite peccare, vnde iterum habebitis irasci. X.

Ad ædificationem fidei.) Sermo simplex ac facilis, nisi

nisi quòd pro fidei grecis est χρείας cuius loco D. Hier. uertit opportunitatis, sed cōmodius erat meo iudicio ad ędificationem negocij, nempe fidei: nam & hunc sensum interpretātur scholia græca: & Ter- Te. de resu. n. tul. atq; Am. cum Inter. nostro legunt fidei, rem potius quàm vocem indicantes. Porro ei versioni, quæ habet quoties opus est, equidem non suffragor. In epist. Anthe. i pa. sic lego: Si quis bonus est spectet ad ædificationem opportunitatis.

Ex capite V.

STultiloquium aut scurri.) Inter stultiloquium & scurrilitatē, hoc, teste Hier. interest, quòd stultiloquium nil in se sapiens & corde hominis dignum habeat: scurrilitas uerò, de prudenti mente descendat, & consultò afferat quędam, vel vrbana verba, vel rustica, vel turpia, vel faceta, vt risum moueat audientibus. Verum & hæc porro à viris sanctis vult abesse. Non quòd omnes iocos & risus pe- e. nitus interdicat, sed quatenus ad rem inquit nō pertinent. Pro scurrilitate in græcis est ἐυτραπελία n. quod nonnulli vrbanitas vertunt: uerum hic in malā partē accipi debet, nimirū ꝓ scurrili vrbanitate

Sed magis gratiarum actio.) D. Hie. existimat hoc loco εὐχαριστίαν dici non eam qua gratias agimus Deo, sed qua grati siue gratiosi & salsi apud homines appellamur. Stultiloquum enim, & scurrā, non decet esse Christianum. Decet autem sermonē eius esse conditum, vt gratiam apud audientes habeat. Be. vero Am. indicat apostolum hoc verbo monuisse ea agenda esse & loquenda, quę ad vtilitatem n. proficiant nostram, & Dei laudem.

Auarus,

Auarus, quod est idolorum seruitus.) Simplicius est ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης hoc est, qui est idololatra.

Omnia autē quæ arguūtur, à lumine manifestantur.) Omnia, inquit, quæ arguuntur, confutantur, accusantur, luce accedente redduntur manifesta. Potest & ita distingui: omnia quæ arguuntur à lumine, manifestantur.

Propter quod d. Surge qui dor. & ex. à mor. & illu. te Ch.) De testimonij huius loco dicendum, aut q̊d ex apocryphis hoc deprompserit apostolus: nō quidem apocrypha huiusmodi comprobans, sed quomodo & Arati, Epimenidis, & Menandri versibus abusus est, ea duntaxat quæ volebat in tempore cōfirmans: aut quòd mutatis quibusdam verbis, alijs additis sensum desumpserit ex Iesa. ca. 60. ubi sic legimus. Surge illuminare Ierusalem, quia venit lu. t. & gloria do. super te orta est. Graphicè explicat hoc verbi Paulinus Nola. epist. ad Seuer 12. post carmina, legens quidem cum græcis & attingens Christum, sed utranq; lectionē exponēdo cōprehendēs. H. Tho.

Redimentes temp.) Id est, emendantes, siue per bñ facta cōpensantes. Vide Aug. ser. de ver. apost. 24.

In quo est luxuria.) τῆς ἀσωτίας vocabulum latius patet, quàm ex luxuria simplex lector intelligat. Signat enim prodigalitatem, lasciuiam, luxuriā, intemperantiam, popinationem, & in summa omnem fœdum luxum.

Mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ.) Abluens, inqt, eā à peccatorū sordibus p̄ciosissimi sui sanguinis unda, purgāsq; lauacro baptismi per uerbū uitę. i. per virtutē verbi ꝓlati, uitā cōferentis ęternā.

Vt

Vt exhiberet.) Siue adiungeret eam sibi : ἵνα παραστήσῃ.

X. *Sacramentum hoc ma. est, ego autem dico in C. & in ecclesia.*) Magnum & ineffabile est huius coniugij mysterium, Christi dico cum sponsa sua ecclesia. Vide sequentia.

X. A. n. *Verũtamen & uos singuli.*) Supplendum est, curate, ut unusquisq; uxorem suam, &c. Dixi, inquit, mysterium hoc ingens esse & admirandum in Christo & ecclesia, & propter Christũ, & ecclesiã : ueruntamen non propter id solum, sed etiam in uiro & uxore, & propter eorundem indissolubilem unitatem, ut unusquisq; suam uxorẽ ęquè atq; seipsum diligat.

Ex capite VI.

X. Exo. 20. Deu. 5. QVod *est mandatum primum in promis.*) Primum dixit non ordine, sed per promissionẽ huic uni pręcepto adiunctam, nempe hãc, ut longo uiuas tempore, & bene sit tibi in terra quã dominus Deus t. daturus est tibi. Primum etiamnũ uocatur, quia & in altera tabula, & interea quæ ad hominem pertinent, primum occupat locum.

Heb. 12. *Correptione domini.*) Quæ sit correptio domini Pau. Hebręis scribens expedit : Quem diligit do. cor. fla. autem omnem fi. quem re. Talis sit ergo patris correptio charitate temperata, & ex charitate profecta.

Remittentes minas.) Hoc est, inter minandum ne nimium sitis graues atq; molesti.

Aduersus mundi rectores ten. ha.) Mundi rectores gręcis una dictio est κοσμοκράτορας, atq; ideò mollius

cohærens

cohæret genitiuis tenebrarum harum.

Contra ſpiritualia nequitiæ.) Perinde valet, quaſi dicat, contra ſpiritualeis nequitias.

Succincti lumbos.) Ex tenore verborum palã fit reſpexiſſe Apoſtolum ad baltheum illum militarem lumbos circumcingentem, contutantemq́ꝫ.

Calciati ped. in præparatione euang.) Calciati, inquit, per præparationem euangelij pacis, vt parati ſitis & ipſi per euangelij iter incedere, & alios ad idẽ docendo præparare, ἐν ἑτοιμασίᾳ.

In incorruptione. Id eſt, in animi integritate, & ſine omni vitiorum inquinatione. Quemadmodum enim virginem corrumpi dicimus: & ita anima vitiorũ ſordibus violatur. Propterea & alio loco idem hic Apoſtolus: Timeo, inquit, ne ſicut ſerpens Heuã 2.Co.11.4.
ſeduxit, ita corrumpantur ſenſus veſtri.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSEIS SCHOLIA.

Ex capite I.

CVm epiſcopis.) Epiſcopos ſacerdotes dicit: nec enim plures erant vnius ciuitatis epiſcopi.

Super communicatione u. in euange.) Id eſt, eo quòd facti ſitis participes euãgelij. Ita Ambroſius, ſed melius Chryſoſtomus qui hoc de beneficentia Paulo à Philippenſibus exhibita intelligit. Vide Chryſoſtomum.

A prima die. qua estis amplexati fidẽ euãgelicã.
Pro omnibus uobis. Siue de omnibus vobis.

Eò q habeam uos in corde, et in uinculis meis, et in defensione, & in confirmatione euangelij, socios gaudij mei omneis uos esse. Græca ita sonant ad verbum reddita: Propter hoc quod habeam in corde meo vos, & in vinculis meis, & in excusatione, & in confirmatione euangelij consortes gaudij mei omneis vos existentes, id est, propterea q vos in corde meo habeam per affectum dilectionis, deinde & cõparticipes omneis vos habeã gaudij mei, quòd vna mecum habetis in his vinculis meis, quibus sum alligatus, & in defensione siue apologia veritatis ac mei ipsius, & in cõfirmatione euãgelij. Alij ita ediſſerũt.
E. Propterea q habeam vos in corde meo, & in vinculis, & in defensione mea, & in confirmatione euangelij, omneis vos inquam, qui mihi consortes estis gratiç. Grçcis enim loco gaudij χάριτος est, propriè gratiam & beneficium signans. Mihi magis cũ Am.
n. atq; Inter. placet gaudij vocabulum: nam χάρις non infrequẽter pro gaudio vsurpatur: vt sileam interim quædam fortasse olim exẽplaria χαριτίας siue χαρᾶς habuisse pro χάριτος. Poterit quoq; et hic sensus assignari Eo quod cordi meo de vobis persuasum sit, tam in vinculis meis istis, quàm in euangelij defensione & confirmatione participes vos omneis esse gaudij mei, ita vt duæ priores copulæ τε & καὶ, non nisi illud in vinculis meis cum defensiõe coniungant: quemadmodum & latinè dicere possumus, in vinculis meis atq; etiam in defensione.
X. *In uisceribus Christi.*) Hoc est, per charitatem & inti-

timos animi affectus non naturaleis aut vulgareis, sed feruentiores illos, quippe ipsius Christi, & qui secundum Christum sunt.

In omni scientia & in omni sensu.) Id est, in omni cognitione & intelligentia iudicioque, vt non temerè omnibus beneuolentiam impertiamini.

Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annunciatur, &c.) Quid enim mihi hæc curæ sunt, dum quouis modo Christus annũciatur, siue per occasionẽ, hoc est, per contẽtionem, astum et simulationem, siue per veritatem, id est, animi rectitudine? Extat in hũc locum homilia Chry. titulo de profectu euangelij: si quis fortè plura desiderabit.

Quòd si uiuere in carne hic mi. fr. op. est, et quid eligã ignoro.) Mihi videtur in et copula schemate quodam hæsitantis animi affectum esse relictum, eo quod oppositã orationis partẽ quã adiecturus videbatur subticuerit. Quum enim vtrunque & viuere, & mori, bonum ac vtile pronunciasset, apparet eũ expendere voluisse vtrum eorum præstantius & optabilius esset: Quumque prius expendisset dicens, quod si viuere in carne mihi fructus operis est, alterũ iam mẽte pertractans, nẽpe & mori lucrum, hæsitabũdus in & reticuit, subiecitque, quid eligam certè ignoro.

Quæ est illis causa perditionis. Bis repetendũ causa, vt sensum habeas absolutũ. Quæ causa nimirum terreri ab aduersarijs quod præmiserat, illis causa est perditionis, vobis autem salutis. Pro causa autem græce est ἔνδειξις id est, ostensio, accusatio, delatio. Ad sensum non magni refert.

Ex capite II.

HOc *enim ſentite in uobis quod & in Chriſto Ieſu.*) Hoc eſt, ita eſtote affecti erga Deum, erga voſipſos, et erga proximos, quomodo affectus fuit Chriſtus, qui ſuis commodis haudquaquàm ſtudens, ſed Patris gloriam & noſtram quærens vtilitatem, ſemetipſum inaniuit ac deiecit vſq; ad mortē. Græcè quidem eſt τοῦτο γὰρ φρονείσθω. i. hoc enim ſentiatur ſiue intelligatur in vobis, ſenſus tamen idem eſt.

Qui quum in forma Dei *eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem* Deo.) Qui quum in forma Dei eſſet, hoc eſt, eiuſdem cum patre naturæ atque ſubſtantiæ, illud æqualem eſſe Deo, non putauit ſiue arbitratus eſt, rapinam eſſe, quia (vt Auguſtini verbis dicam) natura erat, quia hoc natus erat, vt eſſet æqualis illi à quo genitus eſt. Cæterum quò rapinæ hic emphaſim pernoſcas Theophylacti hūc enarrantis locum verba ſubſcribere placuit. Aduerte, inquit, quid Paulus dicat: non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe Deo æqualem. Cum enim quis aliquid ſurripit, ne illud amittat veretur, qui quod alienum eſt detinet. Cum vero quippiam habeat natura inſitum, facile illud contemnit, certior ſanè id ſe ita ſortitum vt deponere nequeat, ſitq; protinus recepturus, ſi depoſuiſſe ſit viſus. Inquit igitur. Nihil eſt Dei Filius veritus à propria dignitate deſcendere, quia hanc non per rapinam ſit aſſequutus. B. autem Ambroſius poſt multam narrationem, quid intellexerit in illo, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, tandem dilucidius explicare videtur

tur quum dicit: Non sibi defendit æqualitatem, sed subiecit se.

Eximaniuit semetipsum.) Id est, velut inanẽ & nihili exhibuit sese.

Et habitu inuentus.) Id est, forma & specie compertus est vt homo.

Pro bona uoluntate.) Am. & Chry. hanc voluntatem ad homines referunt: Theo. ad Deum.

Vt sitis sine querela.) ἄμεμπτοι, id est, irreprehensibiles, inuituperabiles, de quibus nemo ne conqueri pòssit.

Sine reprehensione.) ἀμώμητοι, Id est, inculpati, immaculati, irreprehensibiles.

Sed & si immolor super sacrificium et obse. fidei ue. gaudeo et congra. om. uo. Et si, inquit, contingat me per mortem immolari, & victimã fieri super vel supra sacrificium & obsequium vestri, quo vos olim per vestram fidem & conuersionẽ Deo obtuli: vel super sacrificiũ quo ipsi vos Deo obsequentes per fidẽ me autore immolatis, gaudeo in hac mei immolatione, et simul congratulor omnibus vobis, quòd et ego & ipsi vos hostiã viuam effecerimus Deo. Vel sic. Et si immoler, persequutiões & afflictiones sustineam: deniq; & occidar, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, propter hostiã et ministeriũ, vel sacrificium vestræ fidei, ꝙ videlicet causa sim vestrę fidei, omnem tamen pœnę seu mortis tristitiam vincit in me profectus vestri gaudium. Sunt qui ἐπὶ θυσίᾳ vertere maluerint, super hostia & sacrificio, vt pertineat ad gaudeo. sed cõmodius est propter vel super, vt liquet propius intuenti.

Vt impleret id, quod ex uobis deerat erga meum obsequium. ἵνα πληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας, id est, vt impleret defectum vestri erga me officij. Sentit autem de liberali communicatione per Epaphroditnm administranda.

Ex capite III.

EAdem. τὰ αὐτὰ, id est, hęc ipsa, vel eadem, quę prius vos edocui.

Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem.) His tribus appellationibus impios quosdã notat Iudæos, quos obseruandos atq; cauendos admonet. Canes illos vocat, quia inuidebant libertati euangelicæ, quia oblatrabant synceriç prędicationi, quia mordebãt vitam piorum. Canes item illos vocat, quia quemadmodum gẽtes à Deo alieni canes dicti sunt, ita isti à Deo & Christo alieni facti, non iniuria canes appellantur. Malos operarios dicit, quia operabantur quidem, sed ambitioni ac turpi quæstui seruientes. Concisionem deniq; contẽptim appellat non circuncisionẽ, quia carnali concisione gloriabantur mente ipsi incircuncisi. Pęrputij circũcisionem quæ ad nihil vtilis est adducere atq; asserere conabantur, veram autem (quæ cordis est) circuncisionem auersabantur.

Canes.

Mali operarij.

Concisio.

Quanquàm & ego habeam confidentiam in carne. Et ego, inquit, habeo vnde possim de genere, ac pręputij circuncisione gloriari (si licet) quo nomine illi tam magnificè sese iactitant.

Veruntamen existimo. ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ. Pro his voculis interpres veruntamen vertit, ad sensum com-

commodius fuerit, quinetiam existimo.

Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illã quæ ex fide est C. quæ ex Deo est iustitia ex fide, ad cognoscendum illũ et uirtutẽ resurrectiõis eius, et societatem paßionum eius, configuratus morti. Præmiserat se gloriari posse quemadmodum mali illi operarij, de generis nobilitate, de circũcisione, de religione, deq; cæteris legis Mosaicæ iustificationibus: verum propter eminentiam cognitionis ac scientiæ quam habebat de Christo, & in Christo illas iustificationes se dixerat nihili facere, imò pro reiectamentis habere. Sequens igitur in præsenti loco, proiori illa reprobata iustitia alteram docet esse quæ fide Christi constet: quæ fides eiusmodi est, vt per eam cognoscamus virtutem resurrectionis, & pasiõis Christi. Itaq; sensus hic erit, vt superiora reperam ad sermonis consequentiam. Omnia, inquit, propter Christum damnum duxi, habeoq; pro stercoribus, siue reiectamentis, vt Christum lucrifaciã, vtq; in illo, & per illũ inueniar ac prober nequaquam habere Mosaicæ legis iustitiam, sed eam, quæ per fidem est Iesu Christi, & quæ à Deo donatur sine legis operibus, vt fide cognoscam illum, & potentiam resurrectionis illius, insuper & communicationem siue participationem pasionis illius, configurãdo me, aut dum cõformis fio) nam & hoc συμμορφούμεν☉ declarat) morti eius per vincula, verbera, cruces, si quo mõ mihi cõtingat, vt sicut mortẽ illius imitor, ita et resurrectionẽ vná cum illo consequar gloriosam. Poterit quoq; tota orationis cõgeries intelligi hyparbasi quadam ab vna fere voce configuratus

Si quo modo. ad. res.

ratus pendere, quæ respondeat ad verbum illud, inueniar in superioribus positum, vt illa, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, cæteraq́, occasione ac parenthesi quadam interiecta accipiãtur, hoc pacto. Et inueniar in illo (nõ habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iust. ex fide ad cog. illum & virtu. res. eius & soci. pas. illius) cõfiguratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem.

Si quo modo comprehendam, in quo & compre hensus sum à Chr Ie.) Contendo, inquit, si quo modo assequar optatum brauium, insectorq́ tam diu quoadusq́ iam apprehensum detineam, quem admodum & ipse qui in numero perditorum eram insequutione quadam à Christo, non modo quęsitus, verum etiam feliciter comprehensus sum.

Aug. *Vnum autẽ.* Vnũ illud ago, nẽpe quod subiũgit.

Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ priora sunt extendens meipsum ad destinatum persequor, & cæt.) Hoc est: priores legis obseruationes, rursus terrena atque carnalia omnia obliuiscẽs, ad proposita verò dona, & promissa cælitus præmia, meipsum cum desiderio extendens, persequendo accurro ad destinatum scopũ, ad brauium illud æternę felicitatis, ad quod nos pellicit vocatq́ è cœlis Deus, per Iesum Christum dominum nostrum.

Brauium vocatiõis.

A. li. de pe. m. & re. 2, c. 3.

Quicũq; perfecti. Hic de perfectiõe loquit͛ cognitiõis: superius de perfectione p̃mij. Sunt eñ (vt Au. loquitur) perfecti viatores nondũ perfecti possessores.

Hoc sentiamus. nẽpe ꝙ oporteat p̃terita obliuiõi mãdare, & ad anteriora cõtẽdere: aut si magis placet, illud

illud sapiamus, intelligentes nos necdum brauium comprehendisse perfectionis: & ad perfectiora nos semper debere contendere.

Et si qd aliter sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Be. Am. legit & interpretatur ad hunc modum. Et si quid aliter sentietis, id quoq; Deus reuelauit. Hoc dicit, inquit, vt si qd amplius ad culturam melioratæ conuersationis excogitauerint, Dei existiment donum esse, ne per hoc inflentur. Alij ad hunc modũ. E.
Si qui sunt inter vos qui diuersum sentiant, putãtes posteriora quæ scilicet ueteris sunt legis, non prorsus contẽnenda, aut arbitrantes sese omnia rectè cõ X.
sequutos, futurum est tandẽ vt Deo aliq̃ pacto reuelante suum errorem agnoscant. Plura habes in cõmentarijs Anshelmi titulum præferentibus, si cui forte bina hac elucidatione non fuerit factum satis.

Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.) Hortatur his verbis Apo. vt quod iam assequuti essent, uidelicet vt idem sentirent vnanimes, concordes, eiusdẽ fidei, &c. arctius continerent, & in eodẽ præscripto, in eadem fidei cæterarumq; virtutum norma persisterent, non declinantes neq; ad dexteram, neq; ad sinistram.

Sicut habetis formam nostram.) Interpres ἡμᾶς N.
id est, nos conuertit in nostram, tum quod hoc dilucidius esset, nihilq; decederet sententiæ, tum quòd subaudierit opinor κατὰ particulam, ut sit, sicut habetis formam viuendi per nos, uel ambulandi secũdum nos.

Inimicos.) Supple esse crucis Christi.

Vnde.)

Vnde.) Id est, è cælo,

Corpus humilitatis nostræ.) Id est, hoc corpus nostrum humile & inglorium,

Ex capite IIII.

ID *ipsum sapere.*) Iam non semel admonuimus id ipsum sapere esse, unanimes esse, unum sapere.

Etiam rogo & te germane compar.) Nonnulli hoc ad Pauli vxorem dictum accipiunt, quod græca videlicet iuxta morem Atticũ possint & fœminino genere accipi, ut σύζυγε γνήσιε coniunx syncera, siue germana transferatur: nam σύζυγοι græcis à iugo pariter ducendo dicuntur. Et in hac sanè sententia Clemens quidam Alexãdrinus, autor uetustissimus & Origenis præceptor, fuit, qui (ut refert. Euseb. ec. hist. lib. 3. cap. 30.) aduersus eos q nuptijs derogabãt, quo Paulo uxorem fuisse ostendat, hunc locum in testimonium adducit. Quod sanè nimirum Paulo uxorem fuisse, nec ego negauerim, presertim quum Ignatius Iohannis Euangelistę discipulus palam testetur nõ modo Paulum, sed & reliquos quoq; apostolos (uno Iohanne quem dilectissimum discipulum appellat, excepto) matrimonio fuisse copulatos. Scribit enim in epist. ad Philadelphienseis ad hũc modum. Non detraho, inquit, cæteris beatis, qui nuptijs copulati fuerunt, quorum nunc memini: opto enim Deo dignus ad uestigia eorum in regno ipsius inueniri, sicut Abraham & Isaac & Iacob, sicut Ioseph & Esaias, & cæteri prophetæ, sicut Petrus & Paulus & reliqui apost. qui nuptijs fuerunt

sociati,

ſociati, qui non libidinis cauſa, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratia coniuges habuerunt. Hactenus ille. Admodum tamen probabile eſt, ſicut Paulum ita & reliquos apoſtolos, qui omnia propter Chriſtum reliquerant, poſt perfectam ad fidem euangelicam, conuerſionem, in totum ab uxoribus abſtinuiſſe, quemadmodum apoſtolus in epiſtola ad Corinthios prima deſiderare ſe dicit, ut omnes ſint ſicut & ipſe. Cæterum quòd hunc ſermonem ad uxorem direxerit, equidem non auſim aſſeuerare, præſertim refragantibus omnibus, qui ante hæc noſtra tempora in literas Paulinas commentaria edidere, ſed in primis Chryſoſtomo, qui prorſus negat hic uxorem ſuam obſecrare apoſtolum, ſed aut mulierem aliam honorare, aut maritũ unius ex mulieribus, quas una cum hoc compare interpellat. 1.Cor.7. n.

Modeſtia ueſtra.) ἐπιεικές pro ἐπιείκεια, Id eſt, lenitas, manſuetudo, probitas, æquitas, humanitas. Amb. interpretatur rationabilem conuerſationem, qua luceant bona opera omnibus hominibus, ut ſint qui imitentur.

De cætero.) Id eſt, cæterum, uel quod reliquum eſt.

Si qua uirtus.) Ea quæ uitio opponitur, eſt enim ἀρετή.

Refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis.) Verecũde ac modeſtè de eleemoſyna intermiſſa loquẽs, & laudat ꝙ priſtinũ liberalitatis affectũ induiſſent, & excuſat ꝙ opportunitas mittẽdi defuiſſet.

Dicit ergo. Refloruistis pro me sentire &c. Tãquam si dicat. Vos quidem florentes, uirentes ac fructificantes quum essetis, uestra meis ac aliorum necessitatibus communicando, & quæ recta sunt operando, aridiores eratis effecti, quia eleemosynam impertiri aliquandiu desieratis: refloruistis tamen nũc demum, quia pristinam illam recepistis liberalitatis consuetudinem, refloruistis inquam, ita ut inceperitis pro mei cura suscipienda ac meis necessitatibus subleuandis sentire, φρονεῖν, id est, affecti esse, intelligere & cogitare, quemadmodum & olim affecti erga nos fuistis. Excusat autem illos quum subdit:

Occupati autem eratis.) Id est, opportunitate destituebamini.

Non quasi propter penuriam dico.) Id est, Non hæc loquor propter penuriam, quam patior quasi de illa conquerens: quin potius,

Didici in quibus sum sufficiens esse.) Didici longa uidelicet exercitatione, minimis his quę mihi contingere possunt contentus esse.

Cõmunicauit in ratione dati & accepti.) Cõmunicare ad rationẽ dati & accepti, uel in ratione dandi, & accipiendi, est beneficium beneficio pensare, vt pro spiritualibus reponere tẽporalia: id quod faciebant Philippenses suo Apostolo.

X. *Abundantem in rationem uestram.*) Fructum ait quęro qui in vestra sit ratione, id est, qui nobis cõducat, quia dum nobis uestra temporaria seminatis, copiosissimus vobis excrescit spiritualium bonorũ aceruus.

Im-

Impleat omne desiderium uestrum.) Quod in græcis legitur πληρῶσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, hāc habet intelligentiā, suppleat uestrā indigentiā, uel suppleat quicquid vobis opus est. Vnde apparet interpretem desiderium hic pro defectu & indigentia posuisse, quemadmodum & desiderare ꝓ deficere usurpamus, ut quum dicimus in opere omnibus numeris absoluto, nihil esse quod desideretur. n.

IN EPISTOLAM
AD COLOSSENSES SCHOLIA.

Ex capite I.

QVI *dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.*) Hoc est, qui idoneos nos reddidit ut participes essemus sortis sanctorum & electorum in lumine X. ueræ cognitionis, præsenti uidelicet & futuro. Sentit enim de futuris bonis pariter ac præsentibus.

Filij dilectionis suæ.) Filij sibi unicè dilecti, ex hebraici sermonis proprietate. n.

Primogenitus omnis creaturæ.) Id est, Ante omnem creaturam à Patre ab æterno genitus, non autem creatus, ne cum Ario Dei Filium puram faciamus creaturam. Si autem legamus πρωτοτόκος cum accentu in penultima, sensus erit omnium creaturarum illum esse productorem. A. E.

In ipso constant.) Id est, cōsistunt & conseruātur.

Primogenitus ex mortuis.) Quandoquidem ipse pri-

primitiuus & præcipuus est inter eos, qui à mortuis ueluti regenerari reuiuiscunt ad uitam immortalē.

Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.) Placitum, inquit, fuit Deo Patri vt omnis diuinitatis plenitudo in ipso Filio suo inhabitaret non operatione solum, sed & essentia. Huiusmodi ferè Chry.

Cuius factus sum ego minister. & post pauca: Cuius fac.) Ex Græcis manifestum est, cuius priore loco positum referre euangelium, posteriore uero ecclesiā.

Corripientes.) Siue monentes νουθετοῦντες.

In quo.) Supple negocio, nēpe ut exhibeamus ac reddamus omnem hominē perfectum in Christo.

Ex capite II.

IN *omneis diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij* Dei Patris *&* C.I.) Diuitias plenitudinis intellectus dixit Hebræorum more opinor, pro copiosa ac diuite plenitudine intellectus, aut pro diuitijs pleni intellectus, quo intelligimus & agnoscimus redemptionis nostræ mysterium à Deo patre per Filium suum Christū mūdo exhibitū.

Ne qs uos decipiat. Μή τις ὑμᾶς ἔσαι ὁ συλαγωγῶν, propriè est, ne quis sit qui vos deprędetur, aut in prędam abducat.

A. *Plenitudo diuinitatis corporaliter.*) Corporaliter dixit, hoc est, ut Theophylacti uerbis dicam, non operatione aliqua, sed substantia, & tanquàm corporatus & substātia una existens cū carne assumpta. Magnā huius capitis partē enarrat bea. Aug. epist. 59. quæ est ad Paulinum.

In

In expoliatione corporis carnis. Græca pleniora sunt, uno uidelicet interiecto uocabulo, in expoliatione corporis peccatorum carnis, id est, quæ in carne fiunt: vel quod corpus obnoxium est peccatis carnis. Vide Aug. epist. 59. X. E.

Per fidem operationis Dei.) Id est, per fidem, qua credimus & confitemur virtutem, potentiam, & operationem æterni Dei in resuscitando Christum à mortuis. H.

In præputio carnis uestræ. Id est, per vitam in gentilitate malè & iuxta carnales concupiscentias actam.

Chirographum decreti.) Per chirographum decreti intelligimus obligationem seu pactum illud Dei cum Adamo initum, dicente domino, de ligno scientię boni & mali ne comedas: in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Poterimus itē per chirographum istud, legis Mosaicę professionē intelligere, sicuti legimus populum Israeliticum pactum iniisse cum domino, atque spopondisse impleturum sese quæcunque mandasset dominus, quum dicerent: Omnia quæ loquutus est dominus faciemus & erimus obedientes. Nec solum hæc, uerum etiam omne peccatum, propter quod per suam iustitiam Deus nobis decreuit inferre mortis æternæ supplicium, chirographum est uel syngrapha aduersus nos. Iam, quod Græcis modo legitur δόγμασι, hoc est decretis, intelligere possumus vel decreto fidei euangelicæ sublatum esse chirographum, vel decreto legis Mosaicę aduersus nos firmatū, vt ita distinguamus: chirographū, decretis q̄d erat contra nobis. Ge. 2. X. X. Exo 24. X.

Tra-

Traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo.) Traducere hoc loco eſt ad ſpectandum omnibus proponere: ſicuti ſolent victores trophæa ſua & monumēta victoriæ circumferre, omnibusq́ ſpectanda proponere. Itaq́ Chriſtus magnanimitate quadam atq́ confidentia palàm traduxit principatus, ac poteſtates illas diabolicas, per ſemetipſum victor euadens ac triumphos palàm de illis agens in ipſorum ignominiam.

E

Nemo uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti.) Hoc eſt, taleis vos exhibete, ne quis vos poſsit iudicare & condemnare quòd adhuc legis ſitis obſeruatores, maximè verò in cibo ac potu ſecernēdo, in celebratione diei feſti, aut nouilunij, aut ſabbathorum. Quod autem dicitur in parte diei feſti, intelligi poteſt, vel in negotio diei feſti, vel quòd quædā feſta obſeruarent, alijs neglectis. Vide locum, Alius iudicat diem, Ro. 4.

n. *Neomeniæ.*) Id eſt, nouilunij, ſiue calendarum, à νέος nouus, μεὶς μηνός menſis, vel à μήνη luna. Iudæi autem menſeis ſuos à lunationibus non ſeparant, ſed cum nouilunio nouum ſimiliter menſem auſpicantur, habentq́ primum diem cæteris celebriorem.

Quæ ſunt umbra futurorum, corpus autē Chriſti. Vmbræ fuerunt veteris legis cęremoniæ, ac imagines quædam eorum quæ in lege gratiæ exhibenda erant: corpus autem ipſum, id eſt, earundem imaginum ſolida veritas, vnde vmbræ illæ cauſabantur ad Chriſtum ſpectat, ſiue ipſe Chriſtus eſt: quippè

qui

qui illarum nobis exhibuit mysteria. Theo. ita distinguit: Corpus autem Christi, nemo uos seducat: quam equidem distinctionem non admodum probo, vt pote aduersantem tum alijs, tum Tert. Li. cõ. Marcio. 5.

Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione angelorum, quæ non uidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totũ corpus per nexus & coniunctiones subministratũ & constructum crescit in augmentum Dei.) Quod in superioribus cauendũ monuit, dicens, uidete ne q́s vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciã, nunc apertius docet obseruandum ab his qui verũ Dei cultum destruere conantes, visibileis'q; creaturas colendas asserunt: quod procul dubio diaboli, humani generis inimici opera efficitur: ut semper animas super terram humiliatas detineat, in quam ipse deiectus est, simulans interim religionem hanc esse, quum sit maximũ sacrilegium. Dicit itaq; sic. Videte ne quis uolens ac sentiens tantum ea, quę uidet (sic enim hic legit Amb.) uos seducat per fictam humilitatem, & superstitiosum stellarum, quas angelos uocat, cultum, in quibus ipse ambulans, vel ἐμβατεύων extollens se (iuxta eundem Amb.) ad nihil proficit, nisi ad damnum: nec enim est animi præditus modestia, humilitatéue, ut conficta simulat hypocrisi: sed contrà, mente carnis suæ, atq; carnali sensu inflatus: deniq; nec Christum agnoscit, neq; illi ut capiti membrum per fidem adhæret, ex quo totum ecclesiæ corpus uitalis spiritus accipiens subministrationẽ, dũ fidei atq; charitatis quibusdã ueluti nexibus & commissuris compaginatur spiri-

tuali Deoq; digno crescit incremento. In hanc ferè sententiã enarrat Am. Licebit quoq; & in hunc sensum iuxta alios interp̃tari. Cauete, ne quis vobis bra
Volens in uiũ intercipiat,(id eñ καταϐραϐευέτω iuxta etymolo
humilitate giã signat) volens, hoc est, studio dataq; opera, per umbratilem forisq; apparentẽ humilitatẽ, vel in humilitate.i. per abiectã & in syncerã doctrinam, &
& religi. superstiosum quendam angelorum cultũ, ἃ μὴ ἑώ
ang. quę ρακεν ἐμϐατεύων, .i. ea q̃ nõ vidit ingrediẽs, vel in
non ui. X. ijs, q̃ nõ vidit fastuose incedens: Angelos eñ (inquit Chry.) non vidit, & tamẽ ita afficitur illorũ supersti
ambulans, tiõe ac si uidisset, frustra inflatus à mente carnis suę,
fru. infla. nõ retinẽs neq; agnoscens salutis totius caput Christum, ex quo totũ ecclesiæ corpus pendens, ab eodẽ omni dote spirituali spirituq; uitali defluẽte in singula membra, per cõmissuras artuũ ac mẽbrorum alit ac augescit, usq; ad summã perfectiõem spiritualem Deo Patre dignam, cui per Christũ connectitur. Tractat hũc locum vsq; ad finẽ ca. etiã bea. Hie. in epi. ad Alga. q̃s, 10. Ter. illud in religiõe ange. videt exponere de visiõibus angelicis, dicẽtibus, ne tengeritis, &c.

Ab elemẽtis mundi huius.) Elementa mundi uocat impias, mundanas, carnaleisq; Iudaicarum & gẽtilium constitutionum præceptiones siue obseruationes. Am. docet hoc cum illo Ioannis congruere. Nolite diligere mun. neq; ea quę in m. sunt, id est, in
1. Io. 2. b. quit neq; elemẽta q̃bus cõpactus est hic mũdus, neq; errores q̃s humana adinuenit traditio diligamus.

Quid adhuc tanq̃ uiuentes in mundo decernitis?) Hoc est decreta præscribitis, dicentes ne terigeritis quicquid impurum est, ne gustaueritis cibum lege vetitum, neq; contrectaueritis sacrum hoc quod ne

fas

fas habetur à prophanis contingi, &c. Si vero pro decernitis passiuè δογματίζεσθε legas, iuxta scholia Græcorũ, sensus erit: qd decretis oneramini. Verũ hãc lectionẽ veteres nõ sequunt͛, nominatim Ter. & Am.

Quæ sunt omnia in interitum ipso usu.) Bifariàm exponi potest, nempè quòd dogmata eiuscemodi in perditionem sint vtentibus, vel quòd cibus & potus ad corruptionẽ eant, dum per secessum egerunt͛.

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & nõ ad parcendũ corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.) Græca eiusmodi sunt, ἅτινα ἐστὶ λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, vt hic possit esse verborũ sensus. Quæ videlicet præcepta, & doctrinę hominum, speciẽ quidẽ habẽt sapientię, in spõtanea & ficta religiõe, in vitiosa humilitate, in immani corporis vexatione: nõ in honore aliq̃, ad saturitatẽ carnis, hoc est in non sustẽtando ad saturitatẽ corpore. Honorẽ in scriptura nonnunq̃ subsidiũ & necessariarũ rerũ subministrationẽ signat. Ex qbus facile etiã nostræ lectiõis sensus patet. Ne qs aũt hic dãnari putet cõstitutiones eccle. videat ex p̃cedentibus cõtextus apo. verbis, & q̊ spectet apo. & quid interpretetur beatus Am. quandoquidẽ nos compendio studemus.

Ex capite III.

Vita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Quum autem Ch. apparuerit uita u. &c. Vita, inquit, vestra abscondita est, quia mundo, unà cum Christo estis demortui, & sine ulla gloria apparetis:

vinitis tamen interim uita Christi licet abscondita. Verum quum apparuerit post hanc uitam, siue in iudicio, qui est vita uestra Christus, tunc & vos apparebitis & uiuentes, et eiusdē cū ipso glorię participes.

In quibus ambulastis aliquando, quum uiueretis in illis.) Relatiuum quibus referre potest, vel filios incredulos, vel vitia enumerata, ut sit sensus. Inter immorigeros illos filios & vos aliquando uersati estis, quum in scortatione, immūditia, & cęteris criminibus uiueretis. Vel in vitijs ambulastis, quum uiueretis in ipsis.

Secundum imaginem eius, qui creauit eum.) Hoc est, iuxta vel ad similitudinem Christi, qui nouum hominem creauit. Item secundum imaginem intelligere possumus, secundum animam, quæ imago est Dei, qui creauit illam.

Vbi non est gentilis.) Hoc est, apud quem, nempè Deum, nullum est discrimen inter gentilem atq; Iudæum.

Modestiam.) Hanc vocem interpres posuisse videtur pro mansuetudine siue clementia, est enim græcè πραότης.

Super omnia autem hæc, cha. hab.) In græcis quoniam deest habete, referendus est accusatiuus charitatem ad pręcedens ἐνδύσασθε, induite.

Pax Christi exultet.) Græcè est βραβευέτω, quod Theo. interpretatur, iudicis fungatur officio, circa quod pluribus etiam philosophatur: alij, brauium ferat, nimirum aduersus liuorem, superbiam, contētionem, deniq; aduersus mundi huius pacem: alij itē interpretantur prēmij loco detur. Plura enim significa

gnificat βραβεύω, nempe guberno, ministro, dijudico, constituo, arbitror, ordino, prior sum, præmium acquiro, medius sum. Am. tamen & Aug. cum vetere Inter. legunt exultet: quod ita puto accipiendum, vt pax victoris ac triumphantis in morem dicatur exultare. Au. in speculum.

Docentes & commonentes.) Id est, docendo, & commonendo.

Ad indignationem prouocare.) Græcis unica vox est ὀρεθίζετε ab ὀρεθίζω, Id est irrito, et ad iracundiã prouoco. A. n.

Vt non pusillo animo fiant. Hoc est, ne desperẽt, ne pusillanimitate deijciantur.

Ex capite IIII.

APeriat nobis osti. sermonis ad loq.) Hoc est, obstacula atque impedimenta mihi cuncta amoueat, tam quoad meipsum, qui uinculis hisce præpedior mysterium Christi deprædicare, quàm quoad infideleis & persequutores meos, qui ostio infidelitatis conclusi euangelicam doctrinam nec in sese, nec in alios sinunt pertransire.

Qui foris sunt. q extra fidei nostræ aulã diuagãtur.

In gratia sale cõditus. Habeat, inquit, sermo vester gratiã, comitatẽ, iucunditatem, ita vt prudentiæ tẽperantiæq; sale sit semper conditus: ne si plus satis asper & austerus fuerit, audiri & in cor traijci neque at, aut si sale careat, vt cibus inconditus fastidiatur. Cæterum duas illas uoces gratia & sale, per appositionem licebit connectere: siquidem per gratiã quæ quasi sal est, sermo debet condiri. ●.

Qui ex uobis est.) Bis legitur, pro eo quod est vestras eit, hoc est, vestræ regionis siue gentis.

Consobrinus Barnabæ.) Incertum, Marcus hic & Barnabas duorũ ne fratrum, an sororũ, deniq; an alterius fratris, alterius uero sororis filij. Nã cõsobrinos, quẽadmodum & græci ἀνεψιοὺς vulgo vocamus qui ex duobus fratribus, vel ex fratre & sorore, vel ex duabus sororibus sunt editi, quasi consororini.

De quo accepistis mandata: si uenerit ad uos exc. il. In relatiuo quo subaudiri potest, vel Marcus Barnabę cõsobrinus, vel Barnabas ipse, vt continuè legas, Marcus consobrinus Bar. illius de quo acce. man. Sensus autem verborum est, mandatum illis fuisse, vt si ad illos veniret is dę quo sentit, (qui iuxta communiorem & antiquiorem opinionem Marcus intelligitur, ille videlicet euangelista, Iohannes nomine, cognomento Marcus) exciperent eum humaniter. Causam huius commendationis esse volunt, quod à Paulo decessisset in Pamphylia, ob quod etiam indignus dijudicatus fuerat q in comitatũ Pauli & Barnabæ reciperetur, vt habes in Act. c. 15. At qm̃ iã apostolis fuerat reconciliatus iubetur cum honore recipi. Aliud tñ videtur intellexisse Theo. aut certè huius interpres, q dicit Colossenseis à Barnaba forsitã viuẽdi p̃cepta accepisse, & ob id admoneri illos, vt eũ cũ honore suscipiant. Verũ quũ græcè sit non ἀπὸ neq; παρὰ οὗ, à quo, sed περὶ οὗ, de quo, non ausim in hanc sententiam pedibus descendere.

Nympham. virum illũ, à nominatiuo Nymphas.

Ea quæ Laodicensium est.) De hac epistola multa feruntur & varia, sed parũ certa. Nã & Chryso. suum

hic subtrahens iudicium hoc tm̄ indicat, quosdam fuisse, qui putarint non eam intelligendam quam ad eos Paulus, sed quam ipsi Paulo miserint, propterea quod non dixerit, vt eam quæ ad Laodicenseis, sed καὶ τὴν ἐκ λαοδικείας καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, quæ ex Laodicea scripta est. Tertul. vero autor Chrysostomo non paulò antiquior li aduersus Marc. 5. indicat hæreticos quosdam tradere epistolam quæ iuxta nos scribit Ephesijs, Laodiceis inscriptā fuisse.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSEIS PRIOREM SCHOLIA.

Ex capite I.

SVstinentiæ spei.) Hoc est, quòd æquanimiter tolerastis aduersa, propter spem premiorum, quæ à domino expectatis.

Scientes, fratres dilecti.) Illud scientes referri potest vel ad Paulū eiusq; collegas, vel ad Thessalonicenseis, vt valeat scitis, siue scientes estis, vel pariter ad vtrosq;.

In plenitudine multa. ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, hoc ē, cū multa mētis certitudine, certissimaq; persuasiōe.

Diffamatus est.) Posuit pro diuulgatus est. Græcè est, ἐξήχηται extonuit.

Quicq̄ loqui.) De vestris virtutibus in laudem vestram, & in aliorum profectum.

Ex capite II.

NOn inanis fuit. Hoc ē, (autore The.) nō expers discriminis, nec molestiarū immunis, aut nō

multum habens firmitatis. Recentiores uerò inanē
n. interpretātur, inefficacem, & siue non omnino pessimè, minus tamen appositè cum sequentibus, sed ante pasſi multa, &c.

n. *Fiduciam habuimus.*) Plus explicat uerbum Paulinum, ἐπαῤῥησιασάμεθα, hoc est, ex certa libertate auſi ſumus, interprete Ambroſio.

In multa ſolicitudine.) ἀγῶνι, Id est, ſtudio, ſolicitudine, periculo, certamine, labore.

Exhortatio enim noſtra non de errore. Doctrina inquit, noſtra nō ab errore, impoſtura, aut arte fallendi proficiſcitur. Scito etiā pro de tā hic quàm in mox ſequentibus, de immunditia, græcis eſſe ἐκ & ἐξ ex.

Quum poſſemus uobis oneri eſſe.) ἐν βαρέι εἶναι bifariam exponitur: primū in pondere atq; autoritate, vendicando nobis imperioſe Apoſtolicam maieſtatem: deinde oneri eſſe, exigēdo ſumptus aut mu-
E. nera. Et fortè ſimul vtrunq; ſenſit Apoſtolus.

Sumus paruuli. Theo. aut certè huius interpres, duplicem annotat lectionem, quarum altera ἤπιοι habet, id eſt, blādi mites et lenes, altera νήπιοι id eſt, paruuli infantes et immunes nequitię. Ad ſenſum nihil
n. refert vtrum legas, modo intelligas Apoſtolum ſentire ſe paruulorum induiſſe naturā, qui placidi ſunt & inanis gloriæ expertes, &c.

Verbū auditus Dei. Nihil aliud eſt, q̄ verbum Chriſtianę fidei, vtpote cui auditu creditur. Dicit̄ eñ verbū auditus Dei, per q̄d ipſe Deus audit̄ et intelligit̄.
n. *A contribulibus ueſtris.*) Cōtribulis pe. pro. à tribu dicit̄, eiuſdē trib. ſicut συμφυλέτης ἀπὸ τῆς φυλῆς.

Sicut

Sicut & ipsi.) Videlicet in Iudæa conuersi sunt. Quemadmodum, inquit, & illi à suis passi sunt con tribulibus & gentilibus. n.

Vt salui fiant.) Sub. gẽtes. Interpres enim suo aut certè seculi sui more hoc verbi masculino genere vsurpat. Vnde etiam in euangelijs, Reges, inquit, gentium dominantur eorum: & qui potes. habent super eos, &cæ. Lu. 25.c.et Ma.20.d.

Desolati à uobis.) Commodius est quod græcè legitur ἀπορφανισθέντες orbati vobis.

Ad tempus horæ.) Ad breue tempus.

Ex capite III.

PRopter *quod, non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis: & misimus Timot.*) Propterea, inquit, quòd desiderium haberemus cõueniendi vos, nec liceret votis facere satis impediente Sathana, non iam putauimus ferendum diutius, quò minus aliqua ex parte nostro desiderio pareremus. Visum itaque fuit nobis, vt Athenis remaneremus soli absq; sodali, ac nostra vice Timotheũ collegã & fratrẽ nostrum transmitteremus, qui corroboret & soletur animos vestros. Aduertendum autem illud solis iungendum esse cum nobis, non cum Athenis.

In hoc positi sumus.) Ad tolerandas videlicet afflictiones.

Quemadmodum et nos in uobis.) Vel potius erga vos: est enim sensus, quemadmodum & nos quoq; abundamus charitate erga vos.

Sine querela in sanctitate. Id est, vt sint irreprehen

ſibilia corda veſtra in ſanctitate.

Ex capite IIII.

SAnctificatio ueſtra.) Sanctificatio propriè hoc & ſequenti loco continentiam puritatemq́ꝫ declarat.

Ter.li.de reſur.car. *Vas ſuum poßidere in ſanctificatione.*) Vas corpus hoc dicit. Dum enim continentes ſumus corpusq́ꝫ noſtrum mundum ſeruamus, in ſanctificatione dicimur poſsidere. Poterit quoque per vas propria vxor intelligi.

Au.li.nup. & conc.1. ca.8.

E. *Non in paßione deſiderij.*) Id eſt, non in affectu ſeu morbo turpium cupiditatum ac libidinum.

Ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrem. Ex ſuperioribus atque etiam ſequentibus liquet, Apoſtolum hic loqui de negocio ſcortationis, ne quis per fraudem occupet, aut vſurpet ſibi alterius vxorem ſeu mulierem alienam. Id enim πλεονεκτεῖν hoc loco proprie ſignificat, teſte Hieronymo.

H. in epiſ. ad Ephe. c.4.

Qui hæc ſpernit. Hæc videlicet noſtra de non ſupergrediendo neq; fraudando in negocio fratre præcepta, non me hominem ſpernit, ſed Deum,

Vt ueſtrum negocium agatis. Id eſt, veſtras ipſorum res peragatis, dimiſsis alienis.

Ad eos qui foris ſunt. Incredulos deſignat.

Et nullius aliud deſideretis.) Græca ad hunc habent modum: καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε, id eſt, & nullius opus ſit vobis, ſiue nullius indigeatis. Vbi nullius, poteſt vel hominem, vel rem quamlibet indicare. Ambroſius tamen nobiſcum conſentiens,

&

& nullius,inquit,desiderium sit vobis.

De *dormientibus*. Mortuos appellat dormientes, quòd quandoque sint resuscitandi ad vitam.

Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse do. in iussu, & in uoce ar. et in tuba Dei descen. de cæ. & mortui qui in Christo sunt, res. pri. deinde nos qui uiu. qui relin. simul rap. cum illis in nub. ob Chr. in aëra: & sic sem. cum do. er.) Quanquàm in aduentu supremi iudicis, & boni reperiētur superstites, & mali, iuxta sententiam saluatoris, Duo erunt in agro: vnus assu. & alter relinq. & cæt. & vtrique pariter sint immutandi ad immortalitatem: Apostolus tamen, hęc in persona loquitur duntaxat iustorum, qui aduenienti ad iudiciū domino viui reperientur, agitque specialiter de ea resurrectione quę iustorum est, quē admodum & ex ijs quæ pręcedunt manifestius apparet. Nolumus enim, inquit, vos ignorare de dor. vt non contristemini, sicut & cæ. qui spem non ha. Si enim cre. quòd Ie. mor. &c. Docet ergo his verbis tam eos qui ante aduētum in Christo dormierint, hoc est, mortui fuerint, quàm eos qui tum residui futuri sunt iusti (illis prius resuscitatis) aduenienti iudici in aëre occursuros, & iugiter cū illo victuros. Iam vero an ex his colligi possit residuos illos nō morituros, quū constitutum sit hominibus semel mori & quomodo hic locus cū illo, cōgruat qui est in prio. ad Co. ca. 15. oēs quidem res. sed nō om. immu. lōga est apud quosdā disputatio. B. Au. li. de ci. Dei 20. ca. 20. & Am. in suis cōmentarijs in ea sunt sententia, vt doceant viuos illos subito in ipso raptu morituros, &

Mat. 24. d.

Heb. 9. g.

Te.li.de re. car. Hi. to. 3.epi.46. ad a Mr. vero penultima. &reuicturos. Tertul. & Hiero. in epi. ad Marcellam, ediuerso docent eosdem ad immortalitatem transituros, permanente in corpore anima & non gustata morte. Quam etiam opinionem recentiores aliquot sequi malunt, eò quòd magis cõgruat cum illo quod in epist. ad Cor. 1. ca. 15. iuxta modernam græcorum editionem legitur, Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur: quam lectionem ibi ostendimus non perinde esse authenticam, quum potius legendum sit iuxta Aug. & alios: Au.li.ci. Dei.20.c. 20. omnes quidem resurgemus, aut omnes quidẽ dormiemus: quanquàm & illa græca lectio duplicem potest habere intelligẽtiam, vt dormitionem mortem vel corporis vel animæ accipiamus, quarum priorem sequuntur moderni quidam. Et quod ipsorum posset obijci opinioni, nimirum quòd constitutũ sit hominibus semel mori: hac ratione diluunt, Heb.9.g. vt dicant paucorum prerogatiuam, non officere legi communi. Ad hæc B. Hier. in epist. ad Minerium To.3.ep.15 & Ale. ex Origenis & Acacij autoritate, aliam etiam adfert præsentis loci interpretationem: dicitq́ue viuos hic appellari ea vita viuentes, quia viuũt in Christo: quorum corpora mortua quidem sunt propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustificationem: residuos autem hos, ad reliquias illas Israelis quę sal- R.11.a.& 3.Re.19.b. uę fient, dicit pertinere, et ad septem illa milia relictorum qui non curuauerũt genua ante Baal. Horum autem quid verius censendum, lectoris prudentiæ relinquo. Quòd si verò quis meum hic requirit iudicium, quod primo loco dictum est magis mihi videtur habere rationem veri. Hac de re etiam disseruit is, qui inter Aug. opera librum scripsit titulum præ-

nota-

notatum de ecclesiasticis dogmatibus ca. 7. & 8. Itē Tertul. li. aduersus Marcio. 5. de epist. ad Cor. 2. & li. de resur. car. si cui fortè libebit legere.

Ex capite V.

Diligenter scitis. ἀκριβῶς οἴδατε, id est, certò compertoq́ scitis. Signat etiam ἀκριβῶς diligenter, sed prius magis quadrat. Ter. de. res. car.

Sicut dolor in utero habentis.) Diem domini tempori comparat mulieris parturientis, quum propter nixus acerbitatem, tum propter temporis incertitudinem.

Non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis.) Hanc ob rem, inquit, hæc quæ dixi sunt nobis arma comparanda, quia non destinauit neq; segregauit nos Deus vt vltionem atq; exitium expectamus, sed vt æternam adipiscamur salutis coronam. Hæc etiam eò dicit, vt animum illis addat, certamq́ spem faciat victoriæ, ne dum ad Deum contendunt, & innumeris obijciūtur mundi malis, deficiant, maxime quum Christum habeant seruatorem. Quod autem sequitur, X. Per Ie. C.

Siue uigilemus siue dormiamus.) Pro eo dixit, q̄d est, siue viuamus, siue moriamur. X. A.

Vt habeatis illos abundantius in cha.) Græca sic habent, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, &c. quorum sententiam ita reddit Ambrosius. Vt illis summum honorem habeatis, in charitate, propter opera ipsorum.

Corripite inquietos. Interpres volens accedere ad proprietatem græcæ vocis νουθετεῖτε, à mente deductæ

ctæ, eam per corripite resoluit sentiēs fortasse, quòd corripere à rapiendo ac dirigendo corde dicatur. Nec enim sentit Apostolus acrius illos obiurgatione infestādos, sed leniter admonendos. Iam inquietos græcis est ἀτάκτοις à τάττειν ordinare componere, & ab ἀ negatiua particula, hoc est, inordinatos, & incompositos. Et quicunq; rectum ordinem certūq; limitem trāscendit, ἄτακτος est. Interpres inquietos dum ait, turbulentos, concordięq; turbatores sentit.

Spiritum nolite extinguere: proph. no. spernere.) Hoc dicit, inquit Ambrosius, vt non facilè alicui per Spiritum loquenti interdicatur: (extinguitur enim, si incipientis loqui feruor condictione sopitur) ne forte non intelligentes dici ab eo spiritualia iniuriā faciāt Spiritui sancto, & peccēt per ignorantiā: neq; aliquem qui quasi scripturas reuelet nō audiri patiēter debere, sed omnia dicta examinari, ac sic iudicari: ne fortè gratiam datam fratri dū respuunt, auctoritate pugnent. Omnia ergo quæ dicentur probanda monet: et quicquid sobriè & bene dictum fuerit, retinendum. Quęcunq; enim apostolorū & ipsius domini dictis congruunt, ea bene dicta habenda sunt & retinenda: ab his autem quę inimica fidei videntur, abstinendum. Solet enim spiritus mundi fallaciter quasi per imitationem dicere bona, & inter hæc subinducere praua, vt per hæc q̄ bona sunt accepto ferantur & mala, vt quia vnius spiritus dicta putantur non discernantur ab inuicem: sed per id quod licitum est commendetur illicitum, autoritate nominis, non ratione virtutis. Solent enim sub apostolorum nomine & ipsius domini nefanda doceri & aduersa: ideoq; omnia probanda monet, quia nō possunt

Omnia pro. quod bo. est ten.

ſunt eloquia domini eſſe diuerſa. Hinc eſt, vnde & Iohannes Apo. in epiſtola, Nolite, inquit, omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: quia ſi multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei aduerſum eſt promat, ſciatur non eſſe Spiritus ſanctus. Nihil enim erroris in Spiritu ſancto poterit reperiri: ſed aut per exercitiũ eloquij ſpiritualia, quędã vero carnalia, (qa omnis error carni deputatur) aut certè commento quodã aſtutiæ bona fingit, vt his inſerat mala, ſicut ſupra commemoraui: quemadmodum in Montano & Priſcilla & Maximilla prophetis Cataphrygarum ſpiritus mundi imitationẽ quadam boni ſimulat, vt per multa veriſimilia, necnon et vera, mentiretur ſe eſſe Spiritum ſanctũ. Hoc Ambroſij commẽtum ideo adſcribendum putaui, quòd maxime ſit hiſce temporibus propter ſpiritus quoſdam Chriſtianæ religionis nouatores animaduertendum. Quòd ſi vero quis ipſos ſpiritus diſcernere nequeat, ei credat cui & ſcientia ſuppetit & autoritas. 1. Iohã. 4.

Vt integer ſpiritus ueſter. Id eſt, intellectus: iuxta illud, ipſe ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro. Eu. In q̃ſ. no. te.

Sine querela. ἀμέμπτως aduerbialiter, id eſt, inculpatè, inuituperabiliter, irreprehenſibiliter.

Qui etiam faciet.) Subaudiendum, vt perſeueretis, vt ſalui ſitis, aut ſimile aliquid.

IN EPISTOLAM AD THESSALONIC. II. SCHOLIA.

Ex capite I.

IN exemplũ iuſti iudicij Dei. Particulam in, de ſuo adiecit interpretans, quod mollior eſſet dilucidiorq́; oratio. In exemplum, ait declarationem
E. & documentum (id eñ eſt ἔνδειγμα) iuſti iudicij Dei, quod tum demum patebit, quando vos tribulationibus & perſequutionibus examinatos aduocabit in fruitionẽ æternę fœlicitatis: cõtra eos qui vos perſequuti ſunt ſupplicijs deputabit æternũ cruciãdos.

Ignis dantis uindictam. Apud græcos dantis neq́; eſſe epithetõ alterius quàm domini. Sic enim legũt: ἐν πυρὶ φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν, hoc eſt, in igne flammæ, dantis vindictam: vt ſubaudias ex ſuperioribus domini Ieſu: eſt eñ φλὸξ fœminini generis diuerſi à διδόντος. Eſt autẽ hic hypallage in igne flammę pro in flamma ignis. Aut certe igne flammę dictum eſt, pro in igne flagrante.

A facie domini, et à gloria uirtutis eius. Diuina ſiq́;
O. dẽ illa domini facies, aſpectus, & gloria fortitudinis eius, et iuſtis gaudiũ, et cõtra impijs erit ſuppliciũ.

Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper uos, in die illo.) Perinde eſt, quaſi dixiſſet: quia fides habita eſt teſtimonio noſtro erga vos. Cęterum illud in die illo ſcilicet aduentus domini, refertur ad id quod præceſsit, cum venerit glorificari. Quod aũt ſequit.

In quo.) Nobis quidẽ exponi poteſt in quo die: ſecus tamen habet contextus Paulinus gręcus vbi ar-
C. ticulus ſubiunctiuus ὃ neutri generis eſt, & abſolute ponitur, vt ſit ſenſus: Ad quod, vel quam ob rem etiam oramus.

Vt

Vt dignetur uos. Dignos vos efficiat vocatiõe sua.

Opus fidei in uirtute.) Id est, potentia & robore, ne fallaris ambiguitate.

Ex capite II.

ROgamus autem uos fratres, per aduentum domini no. Ie. Christi, & nostræ congregationis in ipsum: ut non citò moueamini à uestro sensu, & cæ. Græci contextus verba eiusmodi sunt vt triplicem etiamnum admittãt intelligentiam. Prima hęc est. Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri congregationem (sic enim legit Hieronymus) in ipsum nempe aduentum, ne citò moueamini mente, nec turbemini, neque per spiritum, neq; per verbum, neq; per epistolam, tãquàm proficiscentia à nobis, quasi instet dies Christi. Secunda autem talis. Rogamus vos fratres, per aduentum do. no. I. Ch. & per aduẽtum & occursum nostræ congregationis in ipsum aduentũ, ne citò moueamini à vestro sensu atq; intellectu, neq; turbemini, neq; per spiritũ alicuius, neq; per sermonẽ, neq; per epistolam tanq̃ meo iussu aut nomine scriptã, veluti instet dies domini. Atq; hanc sententiã noster videtur sequutus Interpres. Tertia vero hunc habet ordinẽ verborũ. Pro aduentu domini no. I. C. et pro nostra congregatione in illum. i. Quoad aduentum domini, & nostram resurrectionẽ cõgregationẽq;, in illũ hoc vos rogamus fratres ne cito moueamini à vestra mente & proposito, neq; per spiritum aliquẽ vaticinant[illegible]n, neq; per doctrinã viua voce ꝓlatam, neq; per epistolã falso titulum nostrum pręferentem, Hie. ad Mine. to. 3

rentem, quasi instet dies aduentus Christi. Iam liberum quidem relinquitur lectori, quam maluerit sequi: mihi tamen postrema cæteris germanior iudicatur. Cæterum si cui forte hęc conferre libebit cum archetypo, vt ad manum sint ipsius Apostoli verba subijciam. Ἐρωτῶμεν δὲ, inquit, ὑμᾶς ἀδελφοὶ ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ χριστοῦ. Quod si verò pro ἐπ' αὐτὸν, legatur ἐπ' αὐτὸν, vt moderni habent codices, referet nō παρουσίαν aduentum, sed Christum: per nostram congregationem in Christum vel cum Christo.

A. X. *Nisi uenerit discessio primum.*) Discessionem alij interpretātur defectionem regni Romani: alij discessionem siue defectionem (vt alij vertunt) Antichristum ipsum accipiunt, quòd re ipsa futurum sit, vt multos faciat à Christo desciscere: vel electos ipsos si fieri posset. B. Augu. attingit vtrunque, sed diuersis locis, pro ἀποστασία nunc refuga, nunc discessio scribēs. Reliquit aut Apostolus ex superioribus subintelligendum aliquid, cuiusmodi orationis forma crebra est apud hūc apostolū. Sic ergo licebit absoluere. Quoniam dies dominici aduentus non veniet nisi venerit discessio, &c.

Au. l. ici. Dei, xx. c. xix. De Anitchri.

Et nunc quid detineat scitis: ut reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantū ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat.) Quid deti-

detineat, inquit, scitis nimirum: vt non alio quàm suo à Deo Patre præfinito reueletur tempore. Mysterium autem iniquitatis operatur homo ille peccati, filius perditionis Antichristus, dum clanculum sęuit per impios homines, in pios euangelij professores: neq; aliud superest, nisi vt qsquis nũc tenet re A.
ctam fidem atque charitatem, constanter teneat donec Romanum imperium tollatur è medio, eoque & fides catholica magna ex parte deficiat. Id vbi factum fuerit, palam reuelabitur ille iniquus, &cæt. Et tũc reu.
Posset quoque illud ἐνεργεῖται, id est, operatur vel agit, accipi absolutè positum, ita vt ipsum iniquitatis mysterium nominandi casu, id est, occulta nequitiæ vis dicatur grassari & agere in ijs qui persequuntur Christianos. Attamen quod dixi prius mihi sanè magis arridet. Sunt & aliæ in præsentem locum n.
explanationes. Nam veteres fere illud quid detineat scitis, vt reu. in suo tem. secus accipiunt. Et Au. De ci. Dei li. 20. c. 19.
quidẽ quid detineat, inquit, id est, quid sit in mora, quæ causa sit dilationis eius vt reueletur in suo tempore, scitis. Quid autem id sit, & quid sequentibus senserit verbis Apostolus prorsus sese fatetur ignorare. Adducit tamen aliorum opiniones, ex quarũ postrema superiorem fere sensum collegimus. Theop. item varia adducit, sed maxime probat Chrysostomi interpretamentum, quod partim ex ipso Chry. partim ex Theo. vbi dilucidior est Theoph. adscribere nõ grauabor: Quid est ergo, inquit, quod detinet X.
ad reuelandum ipsum, hoc est, quod prohibet ne reueletur? Alij quidẽ dicunt Spiritus esse gratiã: alij verò, Romanum imperium, quibus ego potissimum astipulor. Nam si spiritum voluisset dicere, vtiq; ob-

 scurè

ſcurè nõ dixiſſet, ſed apertè quoniã & nũc ipſum detineret Spiritus gratia, hoc eſt, donationes. Alioqui oportuit vt ante id tempus ad eos ſe cõtuliſſet vt quibus Spiritus dona defuiſſent. Quoniam vero de Romano imperio iſtud dixit, merito enigmatice & obſcurè loquutus eſt. Neq; enim volebat ſuperfluas inimicitias & inutilia pericula ſuſcipere. Si enĩ dixiſſet, quoniã ad huc modicũ, & deſtruetur iam Romanũ imperium: confeſtim eũ defodiſſent veluti corruptorem, & credentes omneis tanq̃ in hoc viuentes & decertantes. Et non dixit, cito illud erit: ſed quid? Ad hoc, inquit, vt reueleť ipſe in ſuo tẽpore. Etenim iam myſterium iniquitatis agit. Per iniquitatis myſteriũ Neronẽ deſignat, qui Antichriſti figuram præferret. Quãdoquidem & impurior eſſet, & deus dici, & haberi quærebat. Et bene dixit myſteriũ, hoc eſt, non apertè hoc agit ſicut ille acturus eſt, neq; adeo perfricta fronte & impudenter. Quod ergo dicit tale eſt. Anteq̃ Antichriſti tẽpus illud immineat inuẽtus eſt alter haud ſanè multo malignitate illo ĩferior. Apertũ vero noluit eũ facere, id q̃d non propter metũ fecit, ſed vt nos inſtrueret, vt nõ ſuperfluas inimicitias in nos ſuſcipiamus, ſi qñ nihil eſt quod neceſſario vrgeat. Tantũ vt qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat: & tunc re. ille iniquus. Hoc eſt, cũ Romanũ imperiũ tolleť è medio, tunc adfuturus eſt ille. Et non abs re. Donec enĩ imperij illius timor fuerit, nemo Antich. ſtatim ſubdetur. Qñ vero iſtud fuerit deſtructum imp. vacãtem imperij principatũ inuadet, & tẽtabit ad ſe rapere & hominũ & Dei imperiũ. Eadem fere habet et Hie. in ep. ad Al. q̃ſ. 11. Explicat hũc locũ & Ter. li. de re. car. ſi cui fortè requirere libebit.

Cha-

Charitatem ueritatis. Aut veram minimeq́ue fucatã charitatem accipimus: nã simulatã & vmbraticã habiturus est Antichristus: aut veritatis ἀγάπην, id est, veritatis amorem: aut certè Christum ipsum intelligimus, qui simul & charitas & veritas esse scripturarũ testimonijs comprobatur. A. X.

In sanctificationẽ spiritus, et in fide ueritatis. Idẽ valet quasi dixisset per sanctificationẽ purificationẽq́ue spiritualem, & fidem verã. Nisi malis per hypallagen accipere, pro per spiritum sanctificationis siue sanctificantem, & fidei solidam veritatem.

Ex capite. III.

A*B importunis.* ἄτοπος dicitur, qui nulli loco conuenit, vt sunt hęretici, de quibus nũc disceptionat autem insolentem & iniquum. E.

Non inquieti fuimus inter uos. Gręce dilucidius & venustius dixit Ap. cò quod alluserit ad legem militarẽ, qua cauetur sub grauissima mulcta, ne quis è classe se se subducat, aut statum ordinem peruertat. Nos, inquit, οὐκ ἠτακτήσαμεν, id est, non nos segregauimus à vestro ordine tanquam impatientes cõmunis certaminis aut laboris, neque cuiquam molesti fuimus: quinimò eidem vobiscũ legi subiecti esse voluimus hactenus: vt ne gratis quidem (quũ tamẽ id licuisset) & ocio vacãtes, escam à vobis acceperimus. Am. verò pro his verbis legit, non intemperanter viximus apud vos. Neque gra. pa. man.

Non quasi non habuerimus hanc potestatem.) Sumendi videlicet à vobis discipulis meis alimenta.

Ambulẽtes inquiete. ἀτάκτως à verbo ἀτακτεῖν de quo supra diximus, prima ad Thessalonicenses

quinto, id est, turbulentè, incompositè, inordinatè, vt alibi versum est, inhonestè, et quod Ambrosio placet, intemperanter.

Salutatio, mea manu.) Fortassè leuius est, quàm vt admoneri debeat mea græcis non referri ad salutationem, sed ad manum. ὁ ἀσπασμός, τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου.

IN EPISTOLAM AD TIMOTHEVM PRIOREM SCHOLIA.

Ex capite I.

Sicut rogaui te, ut remaneres Ephesi, quum irem in Macedoniam, ut denunciares quibusdam, &c.) Ecliptica est oratio, & necesse habet quod subaudiatur. Ad
n. periodum itaque orationis, nempe post illa verba, quæ est in fide: tale quippiam subaudias oportet: Ita & nunc idem rogo vt facias, nimirum illud, vt denuncies quibusdam ne diuersa doceant, &c. Sunt
S. tamen quibus non displicet καθὼς sumptum pro sic, non pro sicut, vt non sit operæ precium quicquam subaudiri. Sic rogaui te remanere, vt præciperes ne dogmatibus ferantur diuersis. Verum istuc affectatius mihi iudicatur, magisque probatur quod prius dixi, maximè quum cõstet eclipsim Paulo non esse infrequentem.

Genealogijs interminatis.) Id est, sermonibus de generationum deductione nunquam finiendis.

Non

Non prohibet tamen ne cuiusquam generationis seriem retexamus, sed ne toti in hoc simus, & verbis nunquàm finendis rem exaggeremus: quasi magna salutis & fœlicitatis portio per varios traduces in nos deriuari credenda sit, & non potius fauore cœlesti, & spirituali propagatione atque imitatione diffundi in omneis cuiuscunq; status aut stirpis filios.

Si quis ea legitimè utatur.) Ille lege vtitur legitimè, ritè, & vtiliter, qui per legem deducitur ad Christum: qui quam ob rem, quibus, & in quod sit tempus collata intelligit: qui intellecto ac prædicato Christo deserit illam ex ea parte quæ factorum est: qui potest discernere ea quæ ad tempus data sunt ab ijs, quæ ad Christi pertinent sacramentum, & perpetua sunt: denique, qui crassam legis literam ad spiritualem nouit euangelij doctrinam accommodare. X. P. A: E.

Scientes hoc.) Interpres quò declinaret mutati numeri incommodum eóq; & sensum faceret apertiorē εἰδὼς singulare per plurale reddidit scientes. Potest tamē ipsum εἰδὼς aptè etiam ad præcedens τὸ quis referri, vt absque colo medio legatur cum superioribus. Si quis ea legitime vtatur, sciens hoc qa iusto non est lex posita. n.

Plagiarijs.) Plagiarij vocantur alienorum mancipiorum fures: item qui homines, quos libertos sciunt emunt venduntúe: item qui seruis persuadēt vt à domino dominâue fugiant.

Vt in me primo ostenderet Chr. Ie. omnem patien-

tiam.)Siue longanimitatem, suam videlicet, in sustinendis, expectandisq́ ad resipiscentiam peccatoribus.

Secundum præcedentes in te prophetias.) Id est, secundum Spiritus sancti de te reuelationes: vel sicuti à Deo de te prædestinatum est dignum te futurum episcopum.

Ex capite II.

E.li.q̃s.no.test. OBsecrationes, orationes, postulationes, grat. ac.)Eucher. hæc distinguens, obsecrationes inquit, fiunt pro peccatis præteritis & præsentibus: orationes pro adipiscendis, quæ speramus: postulationes cum pro alijs interuenimus: gratiarum actiones cũ pro dei beneficijs gratias laudesq́ referimus. Cui ferè respõdet & Oe.d. δέησις deprecatio, est supplicatio pro remotione tristium: προσευχὴ precatio, petitio bonorum: ἔντευξις interpellatio, est ad accusationem nocentium. Qui exactiora postulat videat Augustinum epist.59.

Qui vult om.ho.saluos fieri.) Voluntate videlicet antecedente, non autem voluntate consequente, vt breuiter & eruditè explicant scholastici, idq́ ex autoritate Iohan.Damas. Vide Thomam. Dn.2.c.29.

Castitate. Castitatem dicit nõ modo pudicitiã, verum etiã honestatem, morũ grauitatẽ, sanctimoniã & verecundiã: hęc enĩ gręca vox σεμνότης declarat.

Disceptatiõe. διαλογισμῶ id est, disputatione vel hæsitatione.

Sobrietate or. se. σωφροσύνη multa significat, & fortasse præsenti loco modestiam potius, aut

iuxta

iuxta Hier. & Am. pudicitiam declarat. n.

Promittentes pietatem. Id est, profitentes Dei cul tum. Est autem profitentes græcis accusandi casus. H.li.adue. Ioui.I.

Ex capite III.

VNius uxoris uirum. Bifariã hoc sumi potest, vt vnius sit vxoris maritus, qui post priorem defunctam secundam non admiserit: aut, q vnicam vno eodem'q; tempore habuerit vxorem ad uersus Iudæos, qui plureis habebant. Et equidem X.
vtrunq; voluisse Apostolũ iudicauerim, ne videlicet q plureis siue vno siue diuersis habuisset tẽporibus vxores episcopi munus susciperet. Proinde iuxta ve terum, nominatim Ambrosij sententiam is ad sacer Am.epi.82
dotis potest deligi functionem, qui vnicam aliquan do habuerit, aut adhuc habet vxorem: ita tamen ut post susceptum sacerdotium ab vxore contineat: q̊d B. Amb. per id probat quod Apo. non dicit filios fa H.li.adue.
cientem, sed filios habentem. Ad hęc & gręca scho- Ioui.I.
lia hunc locum explicantia, non hoc, inquiunt, le- X. Oec.
gem ferendo dicit, vt vxorem omnino habeat episcopus: sed si sit inquit ex mundanis, ne sit δευτερόγαμος, id est, qui se iterato nuptijs implicarit, vel vt di scat vnam quidem vxorem ad coitum legitimã esse, sed vocatus ad episcopatum illud impleat, vt qui I.Cor.7.
habent vxores tanquam non habentes sint: &, volo Ibidem.
omneis esse sicut sum & ego.

In omni castitate.) Σεμνότης non modo castitatẽ declarat: sed & sanctimoniam, verecundiã, &

 morum

morum grauitatem: qualis est in iuuenibus probè institutis.

Non neophytum.) Neophytus græca vox, latinè sonat nouiter insitum, vel nouitium, quo eum designat, qui recens fit receptus ad fidem.

H. li. aduer. Pel. 1. *Ab his qui foris sunt.*) Sic vocat eos qui necdum amplexi erant fidem professionemq́ue euangelicam. Oportet, inquit, Episcopum bonam opinionem habere etiam ab ijs qui foris sunt, vt etiam maledictis aduersariorum careat: & quibus doctrina displicet placeat conuersatio.

Nullum crimen habentes.) Id est, nullum atrocius facinus habentes: aut qui ob crimen in ius uocari possint: id enim declarat ἀνέγκλητοι, de quo etiam infra dicemus epist. ad Tit ca 1.

H. in Eccle. ca. 2. *In opprobrium incidat & laq. dia.*) Quando beatus Hie. quod præcessit, ne in iudicium incidat dia. interpretatus est, in tale iudicium in quo etiam diabolus incidit: licebit & hoc ad eundem interpretari modũ, hoc est, ne in tale probrum ac in talem incurrat laqueum, in qualia incidit diabolus, hoc est in opprobrium & laqueum æternæ damnationis.

Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, apparuit angelis &c. τὸ θεὸς græcis positum vbi nos habemus relatiuum quod, initium postulat orationis, & sequẽtia ad se referri facit non ad sacramentum vt apud latinos, hoc pacto. Manifestè magnum est pietatis sacramentum. Deus manifestatus est per carnem, iustificatus est per Spiritum, apparuit angelis. &c. Attamen sensus idem est cum nostra editione.

tione. Siquidem ſacramentum hoc pietatis in Chriſto eſt, imò Chriſtus Deus eſt, qui per aſſumptam carnem, carnis quoq; eum induiſſe vitia, ideo ſubijcit, iuſtificatus eſt in carne: ac ſi inquiat. Carne quidem veluti peccator & iniuſtus viſus eſt: verum Spiritu S. iuſtus atq; innocens declaratus eſt. Nec hoc ſolum de Chriſto myſterium in carne manifeſtatũ, ſed angelis quoq; apparuit atq; innotuit, antea ſanè ipſis cælatum, dum ſcilicet cæleſtium ſpirituum multitudo nato Chriſto concinebat, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus. Cæterum, quod ad conſequentiam attinet orationis, quia ſuperius depinxerat qualeis epiſcopos & qualeis oporteat eſſe ſacerdotes: his modo verbis muneris illorum ſubindicat ſublimitatem, vt potè quibus tantum concreditum eſt ſacramentum adminiſtrandum, tractandum, docendum, communicandum. Luc. 2. b.

Ex capite IIII.

IN *hypocriſi loquentium mendaciũ.*) ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, hoc eſt, per fictæ ſanctimoniæ oſtentationem falſiloquorum, ſiue eorum, qui pro veritate loquuntur mendacium.

Cauteriatam habentium ſuam conſcien.) Hoc eſt, infami vita ceu cauterij aduſtione ſignatam.

Abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem &c.) Nihil prorſus hic locus pro eis facit, qui aduerſus maiorum decreta quouis tempore quibuslibet aſſerunt ſine diſcrimine veſcendũ,

nullumq;

nullumq́ꝫ respuendum aut dijudicandum esse ciborum genus tanquam illicitum. Neq́ꝫ enim hoc agit docetue Apostolus, ne carnem quidem manducaturus in ęternum, si fratris ex hoc scandalum præno uisset: quin potius aduersus Iudæos ac pseudapostolos hæc dirigit, qui pietatis prætextu à cibis in lege vetitis abstinendum tanq̃ ab immundis docebant, propterea quod iudicarent nefas esse à legis obseruationibus desciscere, & ad gentilitatem vt ipsis videbatur declinare. Certè quod de cibis iuxta legem immundis loquatur, satis manifestant sequentia ipsius verba ita loquentis, Iis qui cognouerunt veritatem, quia omnis creatura bona est. Vmbram habebant Iudęi: nos verò quam illa figurabat cognouimus ac tenemus veritatem. Vt autem euidentius sit quid senserit, audi quid subiungat. Sanctificatur enī inquit, per uerbum & orationem, quod sanè haud valebat lex ipsa vetus efficere: Tanquàm si inquiat: Nihil est quod addubites an mundum hoc aut illud sit: tamen gratias agito summo omnium largitori Deo, precare, cruce consigna, sume cum fide, nil erit quod Deus non purum, mundum & gratum sit habiturus, etiamsi lex Mosayca videatur reclamare. Neq́ꝫ vero est, quod quisquam nos Iudaicarum possit superstitionum coarguere, dum certis quibusdā temporibus à carnibus temperamus, seu lacticinijs: quandoquidem ita ab ijs statis abstinemus diebus, vt maiorum decretis obsequundantes nullum iudicemus aut abominemur cibū veluti impurum: sed vt corpusculo hoc nostro aduersus animam plus satis ferocienti ac rebellanti insolentiæ fomenta subtrahamus, sicq́ꝫ apostoli exemplo castigantes in seruitutē

Is q cog. ver. qa ō. cre. D. bo.

Sanctifi. n. pa. ver.

uitutẽ illud ſpiritus redigamus. Nam vſq; adeo nullum iudicamus cibum impurũ aut illicitum, vt ſuis temporibus iterum reuertamur ad eundem: imò au dacter addam & illud, vt etiam interdicto tempore medici ſimul vtriuſq; & animæ videlicet & corporis aduerſus huiuſmodi conſtitutiones decernentis iudicium conſiliũq;(ubi euidens neceſſitas, aut periculum id depoſcit) haud quaquam ſimus aſpernaturi.

Corporalis exercitatio ad mod. utilis eſt.) Libet hic beati Iohannis Chry. hunc enarrantis locum, ſentẽtiam adſcribere, qua videlicet corporalem docearis ab exercitatione diſcernere ſpirituali: nempe ad hoc vnum proponendum exemplum diſcuſſurus reliq. Quidam, inquit, hoc Apoſtolum de ieiunio aiunt dixiſſe: ſed profecto errant. Neq; enim eſt corporalis exercitatio ieiunium, ſed ſpiritualis. Nam ſi corpo ralis eſſet, corpus profecto nutriret. Quum autem il lud maceret & extenuet macieq; conficiat, corpora lis dici omnino nõ poteſt. Igitur de corporis exercitatione ait inutili illa & quę nihil adferat lucri, ſoloq; corpori accommodata ſit. Spiritualem igitur exercitationem nomine pietatis inſinuat, quæ lætiſſimos fructus in futuro ſeculo reddit, & hic atq; illic recreat. Hæc ille. Pietas ad om. vtilis.

Pietas ad omnia utilis. Pietas duplex eſt, in Deum, & in hominem: hic vtraq; ſimul accipienda mihi vi detur. Vide Aug epi. 52.

Exemplum eſto fidelium, in uerbo. Simile eſt huic: exemplar eſto fidelibus verbo, conuerſatione, charitate: atq; hic græci adijciunt in ſpiritu: deinde

ſequitur

ſequitur in fide, in charitate.

Attende lectioni.) Id eſt, uaca & exercita temet ſa crarum ſcripturarum lectione.

o. *Per prophetiã.* Id eſt, iuſſu Spiritus ſancti. Amb. verò prophetia, inquit, eſt, qua eligitur quaſi doctor futurus, idoneus.

Cum impoſitione manuum presbyterij.) Particula coniunctiua cum illud impoſitione coniungit cũ prophetiam ſub hac intelligentia, vt ſuperiora reſumam. Noli negligere epiſcopalis autoritatis gratiam, vel gratiam, id eſt, docendi autoritatem, quæ collata eſt tibi per diuinæ inſpirationis prophetiã, ſimulq́; per impoſitionẽ manuũ totius cœtus Epiſcoporũ: vel per prophetiam coniunctã impoſitioni manuum. Presbyterium autem non ſacerdotiũ, ſed presbyterorum (hoc eſt Epiſcoporũ teſte Chry.) cœtum hic ſignificat. Et adſtipulatur Theo. presbyterij exponens, id eſt, epiſcoporum.

Noli negligra. A. n.

n.

Hæc meditare.) Meditari hoc loco non ſimpliciter cogitare eſt: ſed omnem conatum intendere, & cogitata moribus exprimere.

Ex capite V.

V*Iduas honora, quæ uere uiduæ ſunt.*) Honora, hoc eſt, cõmiſerere neceſſaria ſuppeditando: id enim honorare non raro declarat in ſcriptura. Porro quæ ſint veræ viduæ, ſcitè docet B. Hieron. in epiſ. ad Gerontiam, hoc eſt inquiens, quę omni ſuorum auxilio ſunt deſtitutæ, quæ manibus ſuis laborare non poſſunt, quas paupertas debilitat, ætasq́; conficit, quibus Deus ſpes eſt, & omne opus oratio.

Hie. to. I. epiſ. II.

Reſpi-

Respicit autem Hiero. & ad verba Apostoli ita subdentis, Quæ verè vidua est & desolata, sperat in Deũ & instat obsecrationibus, & ad etymologiam verbi: nam priscis viduare erat spoliare & orbare. Vnde & uiduertatem calamitatem appellant. Et græcis χήρα dicitur à χηρῶ, quod est desolo ac destituo siue orbo, aut à χαρὰ quod est gaudiũ κα[τ]ὰ [τ]ὴν φράσιν quasi sit omnibus oblectamentis orbata. E.

Discat primum domum suã piè regere, & mutuã uicem reddere parentibus.) Quod dicit huiusmodi est. Si qua uidua filios habet, aut filiorum filiarumue proles, cum primis discat familiam suam nutrire ac dirigere ad pietatem, atque eandem vicem, eãdemq; solicitudinem suis exhibere liberis educando, nutriendo, auxiliando, atq; id genus cætera præstando, qualia & ipsa experta est olim à parentibus suis. Prę terea, ex quo μανθάνειν anceps est ad disco et doceo, & εὐσεβεῖν ad pium esse erga parentes, & piè tractare, siue cum pietate curare, hinc est quod & altera potest sententia asignari, hoc pacto. Si qua vidua, liberos, aut nepotes habet, doceat primum illos pietatem erga parentes exercere, mutuamq; ipsis officiorum reponere vicissitudinem: tanq̃ si innuat: Haudquaquàm ecclesiæ stipendijs talis est vidua alenda, sed filiorum potius: vt quemadmodũ ipsa liberos, ita vicissim liberi matrẽ alant iam egentem: idq; iuxta pręceptum illud dominicum, Honora patrem & ma. Hunc fere sensum indicat Hier. in epi. ad Gerõ. euidentius autem explicat Theo. dum legit μανθανέτωσαν discant, vt subaudias filij & nepotes. cumq; εὐσεβεῖν interpretatur matris vel nutricis senectam alere. Qui etiam sensus aptè quadrat cum X. Exo. 20. Hie. to. 1. epi. 11.

cum illo quod præcessit, viduas honora.

Quæ aũt uerè uidua est, & deso. sperat in D. & ins

X. *stat or.*) Hæc dicens explicat quas verè viduas dixerit.

Si quis autem suorum.) Tis græcis communis generis est, vt intelligi liceat tam de viro, quàm de vidua. Et ad viduam potius respexisse videtur ob huius loci argumentum.

Θ. *Fidem negauit, & est infi. deterior.*) Hac videlicet in parte. Ille namq; infidelis, siue vir, siue mulier, quũ à Christo sit alienus, solo naturæ ductu curam gerit suorum: hic quum à Christo didicerit prodesse omnibus, domesticis etiam suis debitum subtrahit officium.

Vidua autem eligatur.) Hanc viduarum delectionem pręscribit secundum quosdam, quòd eiusmodi qualeis hîc depingit dignæ essent, quæ pascerentur communi ecclesiæ alimonia vel secundum alios, quòd eiusmodi accersendę essent in ministerium ecclesiarum & episcoporum. At prior ratio mihi, vt cõmunior, ita & probabilior censetur: præsertim quũ præmiserit viduas honorandas, hoc est, subsidio fulciendas, quæ veræ viduæ essent.

Si hospicio recepit. Hesich. addit pauperes, ἐξενοδόχησεν quidam non inepte vertit, hospitalis fuit.

E. *Adolescentiores deuita.*) Id est, caue recipias cum verè viduis, ecclesiæ cibo alendas.

Quum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt.) Id est, quum in lasciuiam fuerint deliciasq;

H[illegible].ad resolutæ, interprete Chry. Porro quod hodie in græ

G[illegible]on. cis est, ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ, verti poterit,

ri poteſt, quum Chriſto ad iniuriam laſciuierint, vel fornicatæ fuerint.

Habentes damnationẽ quia pri. fidem irritã fec.) Ex his Apoſtoli verbis, & veterum lucubrationibus palàm liquet ab huiuſmodi viduis eccleſię alimonia alendis, votum de ſeruanda pudicitia fieri conſueuiſſe. Nam D. Aug. in explicatione pſal. 75. ſuper illud: Vouete & reddite, adducens hunc locum, ita ſcribit: Quid autem ait Apoſtolus de quibuſdam q̃ vouerunt, & non reddiderunt? Habentes inquit dã. quia pri. fi. ir. fe. Quid eſt primã fidem irritam fecerunt? Vouerunt & non reddiderunt. Nemo ergo poſitus in monaſterio frater dicat: recedo de monaſterio, neq; enim ſoli qui ſunt in monaſterio peruẽturi ſunt ad regnũ cœlorũ, & q ibi non ſunt ad Deũ non pertinent. Reſpondetur illi. Sed illi non vouerunt, tu vouiſti & retro reſpexiſti, &c. Et idem, aut ſi forte quis alius eſt, li. de bono viduitatis ad Iulianã ca. 8. Voluntatem inquit pri. ir. fec. id eſt, voluntatẽ ad nuptias à propoſito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem quam prius vouerant, quod perſeuerantiam implere noluerunt. Eadem docet & lib. de adulterinis coniugijs 1. ca. 24.

Matres familias eſſe.) Familię ac domus curam ſuſcipere: id enim vult τὸ οἰκοδεσποτεῖν, teſte Theo. Quod tamen ſecus ſe intelligere ſubindicat Hier. dũ ita ſcribit. Volo adoleſcẽtiores matres familias eſſe. Quare obſecro? Quia multò tolerabilius eſt digamam eſſe, quàm ſcortum, & ſecundum habere virum quam plures adulteros. In altero enim miſeriatũ cõſolatio, in altero pœna peccati eſt. Atq; hoc ſanè mihi

H. ad Geron.

n

mihi commodius iudicatur, quòd familiam administrare etiam vidua possit.

Nullā occasionē dari aduersario, maledicti gratia.) Volo, inquit, sic illæ versentur ac viuant, ne aliqua ex parte infideli euāgelij aduersario, siue etiā Satanæ, vlla pstetur malæ de eis suspicionis occasio, qua aut ipse aut Christiana religio maledicat. D. Hiero. multa docet monita hoc breui accinctoq; precepto cōtineri: Ne propositum viduæ exquisitior cultus infamet: ne oculorum nutibus & hilaritate vultus iuuenum post se greges trahat: ne aliud verbo, aliud habitu polliceatur, & cōueniat ei versiculus ille vulgatus. Risit & arguto quiddam promisit ocello.

Hie. ad Gerontiam.

Ouid. de arte amandi.

Duplici honore digni hab.) Honorem dicēs, vitæ sustentandæ necessaria significat. Duplici honore victum & vestitum significari arbitror. Nam honorē vestitum quoq; significare, illud arguit, His honorem abun. circund. Vel, duplici dixit pro abundantiori. Cætera prætereo.

n. 1 Cor. 12. c.

X.

Sine præiudicio. Poterit hæc clausula accipi & in bonam partem, & in malam. Si in bonam iungenda erit sequentibus, sine præiudiciū nil faciens: Si in malam superioribus, hæc custodias sine præiudicio. Hortatur ergo priori modo Timotheū, omnia hæc conseruet & exequatur absq; anticipatione & præcipitatione iudicij, id est, cum præuia deliberatione atq; iudicio, & sine personarum respectu, (nam id quoq; πρόκριμα indicat, à προκρίνειν id est, præferre) nihil faciens in alteram partem declinando: altero modo, vt hæc custodiat nil faciēs sine præuio ac maturo iudicio, in alteram videlicet partem declinādo:

X.

A.

clinando: quod haud dubiè fit quando maturum non præit iudicium. Cęterum illud,

In alteram par. dec. græcè est κατὰ πρόσκλισιν quod secundum inclinationem sonat.

Manus cito nemini imposueris. Episcopalem sacerdotalemúe functionem admissa condonando, siue etiam condemnando. Tractat hunc locum Leo pa. de institutione agens sacerdotum. epi. 49.

Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iud. quorundā autē & subsequuntur. aliâs quosdam.

Referendum est hoc ad id quod paulo ante præmisit, manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis. Tanquam si dicat. Quæ dixi facile erit obseruare circa eos q manifestè impij sunt quorum peccata ipsos ad iudicium præcedunt, id est, condemnant in propatulo: non autem perinde facile circa eos quorum pecccata sunt occulta, propterea quod non sciantur nisi post discussionem & iudicium, (Id est enim, quosdam autem & subsequūtur) & id fortasse extremum: ideoq; præmonui ne cito manus imponas, atq; adeo ne quid attentes citra discussionem & maturum consilium. Quod si verò vitia quorūdam omnino deprehēdere haud potes, nihil noxę contraxeris si fortè illis manus imposueris, mō probabiliter ęstimes eos tali gratia aut munere haud esse indignos. Eucher. referens hęc ad illud, Aduersus presbyterū accusationē noli recipere nisi sub 2. aut 3. testibus, pter dictā expositionem, pręcedentia peccata intelligit quæ hic quisq; committit, subsequentia qbus hic quidē causas damus, sed post transitū nostrū consummant: & iudiciū accipit Dei.

Θ.

Θ.

Ex capite VI.

NOn contemnāt quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt, et dilecti: qui beneficij participes sunt.) Serui, inquit, Christianorū dominorum ne contēnant dominos suos, propterea quod fratres sint sibiq; ęquales, dicentes, in Christo nō est seruus neq; liber: imò serui ipsi, vtpote qui beneficia à dominis accipiunt, vel hoc nomine magis inseruiant, quòd domini ipsi fidei cōsortes sint, & ἀγαπητοὶ id est, amabiles ac meritò diligendi. Alij tamen postremā hanc clausulam, legendo quia beneficij participes, non qui, ad dominos referunt, sicut & praecedentem: & beneficia intelligunt Dei.

Θ.

Gal.3.d.

N.

Existimantium quæstum esse piet.) Hoc est, quòd pietas & Dei cultus quæstus sit, ne quem remoretur amphilogia. Hic superaddunt Græci ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, abstine à talibus.

Radix enim omniū malorū est cupid.) Ne huic aduersari videat illud Eccles. initium omnis peccati, sup. aduertendum duo in omni esse peccato, nempe auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturā. Quantum igitur ad auersionem attinet, initiū omnis peccati superbia est: quantum verò ad conuersionem creaturam, radix om. ma. est cupiditas. Quod si cui fortè Aug. magis sententia probabitur, is ad hūc modum hæc duo conciliat. Initium omnis peccati superbia. Cui, inquit, non inconuenienter aptatur illud, quod Apo. ait, radix om. ma. est auaritia, si auaritiam generalem intelligamus, qua quisq; appetit aliquid amplius quàm oportet propter excellentiā suam

Ecci.10.

A.li. de. Gen. ad lit. [illegible]5. & tr. in ep. Io. 8

ſuam, & quendam propriæ rei amorem, cui ſapienter nomen latina lingua indidit, quũ appellauit priuatum, quod potius à detrimento, quàm ab incremento dictũ elucet. Omnis enim priuatio minuit. Specialis eſt autem auaritia, quę vſitatius appellatur amor pecuniæ, cuius nomine Apoſt. per ſpeciem genus ſignificans vniuerſalem auaritiam volebat intelligi, dicẽdo, Radix &c. Hactenus ille. Rectius itaq; vetus Inter. qui φιλαργυρίαν cupiditatem, quàm qui vertit ſtudium pecuniæ. n.

Aduentum domini n. I. C. quem.) In relatiuo quẽ in græcis neceſſario aduentum reſonat propter genus vtriq; voci congruens.

Profanas uocum nouitates.) Sentit nõ tam de vocabulorum, quàm de dogmatum nouitatibus, iiſq; impuris, & à veritate & vera religione alienis. Non enim ait, inquit Aug. verborum nouitates: ſed addidit profanas ſunt enim doctrinæ religionis congruentes verborũ nouitates, ſicut ipſum nomen Chriſtianorũ quãdo dici cęperat. Et xenodochia & monaſteria poſtea ſunt appellata nouis nominibus. Res tamen ipſę & ante nomina ſua erant, & religionis veritate firmantur. &c. Si omnis nouitas profana eſſet nec à domino diceretur, Mandatum no. do vo. nec teſta. appellaretur nouum, nec cantaret vniuerſa terra canticum no. Sed prophanæ ſunt vocũ nouitates vbi dicit mulier inſipiens. Panes occultos libenter attingite: & aquę fur. dulcedinem. A. tra. in Ioh. 97. Act. 11. d. Io. 13. d.

Oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ.) Id eſt, obiectiones falſò nomen & titulum ſcientiæ præ ſe ferentes: vel obiectiones nomẽ ſcientiæ mentientes.

Promittentes.) Q. d. porro mittentes, hoc est cum fastu ostentantes, ἐπαγγελλόμενοι.

IN ALTERAM EPISTOLAM AD TIMOTHEVM SCHOLIA.

Ex capite I.

CVi *seruio à progenitoribus meis.*) Quia idē deus à Christianis, qui olim à Iudæis colebatur, eidem à maioribus seruire se testatur. Quando enim idē sperabant progenitores expectabántq; futurum, quod hic cernebat et annūciabat adesse, una profecto et eadem eorum fides est.

Sobrietatis.) Sobrietatem mētis atq; animæ dicit, siue per quam ipsi resipiscimus, quū quid aduersi cōtingit, quod & castiget nos, & nostra superflua amputet. In hæc verba Chry.

Per illuminationē saluatoris.) διὰ τῆς ἐπιφανείας, per illustrem aduentum & apparitionem saluatoris nostri.

Potens est depositum meum seruare in illum diē. Scio, inquit, & certissimum habeo, quod is cui credidi, id est, in quo meam fiduciam collocaui, vel cui cōcredidi & commisi depositum meum, potens sit in ultimum vitæ diem, siue in illum vltimi iudicij diē, illud q̄d deposui, nimirū vitam & salutē meā seruare.

Formā habe sanorū uerborum.) ὑποτύπωσιν ἔχε, Informatiōem habe, vel exemplar tene probatorū verborum & mandatorum, atq; etiam actionum

quibus

quibus tibi formã dedimus, ad quam tuam & aliorum vitam instituas.

Bonum depositum custodi. Quod tibi creditum ac commendatum est bonum, serua bona fide.

Ex capite II.

C*Vi se probauit.* Id est, ad cuius militiam concessit: uel vt græcè est, vt ei qui se militem delegit placeat, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. A. E. X.

Si nõ credimus, ille fidelis permanet.) Propter vocũ cognationẽ cõtinuetatẽq; iucũdius ac dilucidius resonãt apostoli uerba εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει: q̃ ita licebit uertere. Si perfidi sumus, ille fidus manet.

Vt cancer serpit.) Cancer hoc loci neu. g. est, morbum'q; significat, membra depascentem: vnde pro serpit græcis est νομὴν ἕξει id est, pasturam vel pabulũ habebit, Chry. tamẽ, Am. & Aug. serpit legunt. A. tr. in ep. Io. 8. n.

Habens signaculum hoc.) Nimirum quod sequitur, cognouit do. qui sunt eius, quod Chry. ex Deu. sumptum indicat, ex quoto vero ca. incertum est. Porro alteram partem testimonij, & discedat ab iniquitate &c. quidam ex Iesa ca. 55. desumptum putat, ubi scriptum est, derelinquat impius uiam s. &c. Hu. c.

Sine disciplina quæstiones.) ἀπαιδεύτους ζητήσεις, Id est, indoctas quæstiones.

Docibilem.) Διδακτικός, non tã docibilẽ signat quàm aptum ad docendum. Verum docibilem legunt Am. & Aug. & magis quadrat. n. Li. de ser. do. i mõt. 2

Ne quando det ill. Deus pœ.) Aug. interpretatur, vt aliquando det illis deus pœnitentiam. Li. de nug. de. 1. ca. 1.5

Ex capite III.

SIne pace.)Græcè est ἄσπονδοι, quod esse potest, à pace alieni & fœdifragi, siue infidi: siquidē ἀσπονδεῖν pacē violare declarat, & fœdera rescindere.

Sine benignitate.)Huius loco græcè ē ἀφιλάγαθοι hoc est, bonorum osores.

Ca. *Proterui.*)Proteruus petulantem & temerarium signat, à proterendo dictus, quòd omnia sub pedibus esse velit, & nullus sit pudor in petendo & audendo, propter impudentem & arrogantem audaciam.

Θ. *Qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas.*)Non modò intrant, sed penetrant inquit: nec fallunt modo, sed captiuas ducunt, vt potè quibus vtantur pro mancipijs.

Iannes & Mambres. Hi magi fuere, quos Mosi tēporibus signa in Aegypto edidisse testatur Chrysostomus. Horū nomina vnus hic Apostolus expressit, nam aliâs nusquam exprimuntur.

Ex capite IIII.

Θ. IVdicaturus est uiuos & mor.)Vel peccatores sentit & iustos, vel eos, qui ante iudicij diem vita hac defuncti erunt, & qui tum in viuis adhuc reperientur: vel animas ipsas mortis expertes & corpora ē

E. diuerso morti obnoxia: vel certè prouerbiali schemate viuos & mortuos pro omnibus dixit.

Per aduentum ipsius & regnum eius.)Per, hoc loco non iuramenti, sed tēporis potius est indicatiuū,

refer-

referturq́ ad iudicaturus: est enim græcè κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, id est, tempore aduentus siue illustrationis suæ, & regni sui.

Opportunè, importunè. Hoc est, omni tempore, assiduè.

Coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus.) Scito prurientes hic esse nominandi casus non accusandi, ac referre debere ad coaceruabunt: hæc enim est sententia. Iuxta carnaleis suos adfectus aggregabunt sibi doctores ij, quibus pruriunt aures, vanas & adulatorias fabulas audire gestientes.

Delibor.) Id est, immolor.

In reliquo.) Posuit pro, quod superest.

Pænulam.) De hac voce traduntur diuersa. Ioan. Chrysostomus pallium esse dicit, ad arcendos opinor à corpore hymbres. Idem admonet nonnullos fuisse, qui pænulam loculos fuisse putarint in quibus libri reconderentur. Beat. Ambro. vestem Romanam intellexisse sese indicat: quam Apostolo tribuit quòd Tarsensis esset. Cõstat autem Tarsenseis in societatem municipiumq́ Romanorum, hoc etiamnum teste Apostolo, receptos, ita vt appellarentur ciues Romani. Et idcirco necesse est eosdem & curiam habuisse, in quam Romanorum more pænulati conuenirent. Atq; huic Ambrosianæ sententiæ libentius equidem subscripsero quàm cęterorum. Proinde græcum vocabulum φινόλης, quum planè videatur à Romanis mutuatum, (sicuti & alia nõnulla in codẽ hoc capite, vt χρήστης & μεμβράνα) per ι scribere malim, quàm per αι diphthongon. Act. 22. Alias φαιλόνης.

Quod si scribas φαινόλης indusium potius, hoc est, vestem interiorem seu sagulum signare videtur. Porro, quæ de pænula in Glossa ordinaria referuntur studioso requirenda discutiendaque relinquentes, vnum hoc Hieronymi verbum ibi adductum recitamus. Volumē, inquit, hebræum nunc replico, quod Paulus pænulam iuxta quosdam vocat.

Membranas. Chartam sentit, ni fallor, in qua scriberet epistolas & alia: nam librorum modo meminerat. Vsurpauit autem Apostolus vocem latinam, nempe membranas.

Alexander ærarius.) Χαλκεὺς fabrum ærarium declarat.

Multa mala mihi ostendit.) Hoc est, intulit: nam ostendere Hebræis aliquoties pro facere vsurpatur: vt apud Psalmo. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Et, Quantas ostendisti mihi tribulationes mul. & ma.

Psal.4.
Psal.70.

In prima mea defensione.) Quando pro tribunalibus Cæsaris pro se rationem reddere compulsus est.

Act.28.

X. *De ore leonis.*) Leonis vocabulo Neronem designat, ob ipsius veritatem, imperijque robur & magnitudinem.

IN EPISTOLAM
AD TITVM
SCHOLIA.

Ex

Ex capite I.

SEcundum fidem electorum Dei.) κατὰ πίστιν ex consequentia literę videtur potius significare, ad fidem, vel propter, vt intelligas Paulum factũ Apostolum propter fidem eorum, qui per ipsum erant credituri, hoc est, Dei electorum: nisi malis hoc ad seruum referre, hoc ordine. Paulus seruus nõ iuxta legem Mosaicã, sed iuxta fidem electorũ Dei. E.

Ante tempora secularia. Secularia tempora sunt, quæ mundo permanente decurrunt. Ante mundũ vero, & post, tempora nulla sunt. Ante omnia ergo tempora sentit, quum dicit ante tem. sec.

Tito dilecto secundum communem fidem.) Apostolus suo more hic & in huius epistolæ exordio præpositoria voce κατὰ abusus videtur loco propter: vt dilectus dicaĩ ob communẽ fidẽ. Poteris tamen secũdum communẽ fidẽ cõferre cũ consequẽtibus: secũdum communẽ fidem gratia tibi & pax à Deo, &c.

Quæ desunt corrigas. Hoc est, quæ supersunt corrigenda, corrigas. Dis. 25. Vnum.

Oportet enim episcopum sine crimine esse.) Non dicit vacantem omni culpa, sed ἀνέγκλητον id est, eiusmodi quem nemo possit ob flagitium accusare, aut vocare in ius, & in quẽ nemo possit impingere crimen. ἐγκαλεῖν enim accusare est, in ius vocare, & dicam impingere. ἔγκλημα crimen: vnde ἀνέγκλητος quasi dicas incriminabilis vel inaccusabilis. Vnde & Aug. tra. in Io. 41. Crimen, inquit, est peccatũ graue accusatione & dãnatione dignissimũ. Et paulo inferius, Ap. inquit, quando elegit ordinãdos vel presbyteros, H. aduer. Pel. li. 1. L.

teros, vel diaconos, non ait si quis sine peccato est, hoc enim si diceret nemo ordinaretur: sed ait, si quis sine crimine est, sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia, fornicationes, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi.

Non in accusatione luxuriæ.) μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, potest etiam esse, non in crimine luxus:
n. sentit enim filios non debere esse prodigos, nepotes, insolentes, gulæ luxuiq; deditos.

Vnius uxoris uir.) Vide supra 1. ad Timo. 3.

Quos oportet redargui. Quod dicit redargui, Græcis à reprimēdo ore dicitur ἐπιστομίζειν voce actiua.

Proprius ipsorum propheta.) De Cretensibus loquitur, apud quos hūc discipulum suum reliquerat Apostolus, vt patet in exordio huius epistolæ, & de poeta Epimenide Cretense, quem suo more prophetam nominat, præconem ac vatem significans.
n. Est autem eius carmen hexametrum his constans verbis. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

n.X. *Vt sani sint in fide.* Hoc est, vt sint orthodoxę fidei nullis erroribus infecti: vnde & infert, nō attendentes Iudaicis fabulis.

Quum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonū reprobi. Apostolici sermonis sensum ita quoq; licebit vertere. Execrabiles quum sint, & inobedientes siue increduli (vtrunq; enim ἀπειθεῖς denotat) & ab omni opere bono alieni. Incredibiles autem posuit, pro impersuasibiles, siue ad credendum inhabiles.

Ex capite II.

PVdici.) Σεμνὸς multa complectitur, castum, venustum, seuerum, honestum, grauem, pudicū.

Sani in fide. Quid sit superiori capite docuimus.

In habitu sancto.) ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, id est, in habitu statuq́ qui sacras deceat matronas, ita vt κατάστημα referatur ad omnem corporis habitum ac gestum.

Bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut uiros suos ament.) Hanc germanam esse distinctionem arguunt primum vetustissimorum commentarij, nominatim Chrysostomi atque Hieronymi, vt cæteros sileam, deinde & σωφρονίζωσι accusantem exigens casum, cuius loco vt vim verbi exprimeret interpres binas voces, prudentiam doceant substituit: quanquàm σωφρονίζειν non solū prudentiam docere, verum etiam sobrium & modestū reddere, ad castitatem erudire, ac moderari significat. Matronis itaq́ permittit hortaturq́, vt adolescentiores fœminas quæ bona sunt doceant, in primis prudentes & pudicas esse, deinde maritos proprios adamare, &c. Neq́ his repugnat quod alio loco dixit, docere autem mulieri non permitto, nam ibi intelligendum est, in viros illis tantum sublatam esse doctrinam. 1. Tim. 2.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate: uerbum sanum, irreprehensibile.) Græca (vt hodie habētur quæ quidem viderim exemplaria, nam vetusti interpretes in his recitandis variant) ad verbum reddita

ita sonant. Iuniores consimiliter hortare sobrios esse, circa omnia teipsum præbens formam bonorum operum: in doctrina, integritatem, grauitatem, verbum sanum, irreprehensibile. Quæ licet apicibus & syllabis dissideant à nostris, re tamen coincidunt, aut certe minimum discrepant. Vult ergo Apostolus his verbis Titum per omnia esse exemplar bonorum operum, in doctrina, in integritate, & castitate animi nullis cupiditatibus vitiati, in grauitate, ne leuis sit docētis autoritas: verbum sanum sit nullo errore infectum, atque irreprehensibile: siue vt legit Hieronymus in sermone sano & irreprehensibili: Non quod vllus, inquit idem Hieronymus, tantæ facundiæ & prudentiæ sit vt à nemine reprehendatur: reprehenduntur quippe Apostoli & euangelistæ ab hæreticis & gentibus: sed ita, quod nil dignum reprehensione dicat aut faciat. Vult præterea illud, in omnibus ad superiora pertinere: Vt pudici sint in omnibus: & postea infert: Teipsum exemplum præbens.

Et mundaret sibi populum acceptabilem.) Id est, mundando redderet sibi peculiarem gratum & acceptabilem.

Ex capite II.

D*icto obedire*).i. dictato à magistratibus siue principū decretis subiectos esse atq; parere.

Humanitas.) grçcè ab amore erga homines φιλανθρωπία dicta est. Hanc sic diffinit Speusip. Philanthropia est humanitas & affectio amicitiæ, hominum cōciliatrix, habitus omnibus beneficus, gratiarū redditio, gratitudo benefica. Hoc admoneo ne huma-

humanam hic naturam significari putes.

Et renouatiōis spiritus sancti. Hoc idē verti poterat & renouationē spi. sancti, vt in & subaudiat τὸ διά.

Boni operis præ.) Quid sit habes in fine huius ca.

Genealogias.) De generatione sermones. Testatur hoc Hiero. Iudæos propriè pulsare referreq́ eosdem ab exordio Adam vsq; ad extremum Zorobabel omniū generationes ita memoriter velociterq́ percurrere, vt eos suum putares referre nomen.

Delinquit quum sit proprio iudicio condemnatus. Horum loco, trina tantum verba græcis habentur, ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος, quorū postremum è tribus vocibus αὐτὸς, τοῦ & κρίνω conflatum est. Atque eadem licebit vel sic interpretari: erat per se dānatus. Propterea autē, inquit, Hie. à seipso dicitur damnatus, quia fornicator, adulter, homicida, & cætera vitia per sacerdotes de ecclesia propellūtur: hæretici autem in semetipsos sententiā ferunt suo arbitrio de ecclesia recedentes: quę recessio proprię conscientię videtur condemnatio.

Solicitè præmitte, ut nihil illis desit. Pręcipit, inqt Hie. Tito, vt quoniā de Creta ad Gręciā nauigaturi erant, non eos faciat sitarchijs indigere: sed habere ea quæ ad viaticum necessaria sunt. Huic etiam expositioni adstipulatur Amb. & Theop. πρόπεμψον enim pro officio prosequere posuisse videtur, quum alioqui προπέμπειν comitari, præmittere, deinde etiam honoris causa deducere signet.

σιταρχία est vas vel pera in qua cibus poni consueuit.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios.) Sentit beneficia & subleuamina præstanda esse destitutis ac miseris, ab ijs qui Christum

stum profitentur, & inter Christiani nominis cultores exerceri debere officia charitatis: sicuti est vitę necessaria suppeditare egentibus, iniuriam patiētibus opitulari, mœstis adferre cōsolationem: et vt semel dicam, quoquo modo indigētibus prospicere: idq; quatenus necessariis vsibus iudicatur esse satis: atq; ita fit:

Vt non sint infructuosi.) Dum & aliorum sterilitati subueniunt, & sibi fructum bonum acquirunt.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM SCHOLIA.

Ex capite I.

VT *communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni in uobis in Christo Iesu.*) Variè hic locus potest exponi.
H. Primò sic, vt superiora repetam. Gratias ago Deo meo, semperq; memoriam facio tui in meis precationibus, audiens tuam dilectionem ac fidem, quam habes, quum erga fideleis omneis, tum
X. præcipuè erga Christum: & precor vt societas fidei tuæ quàm vnà nobiscum es adeptus, ἐνεργὴς γένηται
H. efficax atque operosa sit in Christo per cognitio-
A. nem omnis boni quod in vobis est, ita vt non modò operosa sit fides, verum etiam opus tuū bonum cognoscas & intelligas. Aliter sic. Vt fidelis atq; benigna tua ista communicatio beneficentiaq; manifesta fiat, ita vt cæteri experientia agnoscant esse in

te omne bonum erga Christum Iesum, eoq́ꝫ & erga fideleis. Item aliter. Vt fidei tuę cõmunicatio magis ac magis cõmunicetur ac euidens fiat omnibus, ad cognoscēdum omne opus bonum quod in nobis est (ita enim legunt nonnulli) in Christo Iesu. Denique illud, in agnitione omnis boni in vobis, potest esse tale: Agnosco omnem hominem bonum qui inter vos est. H. A. A.

Gaudium enim magnum. Χάριν hic pro gaudio positum ęst: aut certè χαρὰν scribendum est, vt nulla sit ambiguitas: nam hoc sequuntur interpretes.

Quòd uiscera sanctorum requieuerunt per te.) Hoc est, fidelium corda & affectus tua beneficētia & consolatione recreantur & refocillantur.

Quum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem et uinctus. Illud ὤν, id est, existens, pro quo Interpres Hie. atq́ꝫ Ambrosius quum sis legunt, Chryso. & Theo. ipsorumq́ꝫ æmuli ad primam personam referre maluerunt. Quum talis sim, nempe Paulus ille senex, nunc autem & vinctus. Et quanquàm hoc nos sub secunda legamus persona, non mihi videtur Apostolus sensisse Philemonem sibi coęuum fuisse, & in vinculis comparem: sed in illo talis, potius ad animum respexisse: talis nimirum Christianus, pius, indulgens, longanimis, &cæt. vt ego ille Paulus senex & vinctus: etiamsi quibusdam secus videatur.

Qui tibi aliquando inutilis fuit. Refert Be. Hieronymus Onesimum seruum Philemonis fugam furto cumulantem, quædam rei domesticæ heri sui compilasse, eundemq́ꝫ porrò secessisse in Italiam, ne facile ab hero potuisset apprehendi: qui tandem po-

steaquàm per luxuriam, omnem prodegisset pecuniam, resipiscens regressus sit ad Apo. Pau. atq; ab ipso receptus sit in gratiam. Hūc itaq; remittit ad Phile. commendans illum propter resipiscentiam, optatq; & orat non secus illum atq; sua ipsius viscera suscipi, vti liquet ex sequentibus.

Ita frater.) Ναὶ hoc loco per ita translatum non est adsimilantis, sed blādientis particula, qualis theu-
D.H. tonica illa vocula Ke propemodum est: nec habemus Latini annotatore Hiero. quo eius vocis proprietatem exprimamus. Sicut enim inquit Anah illud hebraicum pro quo frequenter Sept. inter. ὦ δὴ transtulerunt in lingua sua significat deprecantis affectum: vnde nōnunquam Symmachus pro ana δέομαι, id est, obsecro transtulit: ita & nos eandem in græca lingua vim patimur, quam Græci sustinent in hebræa.

IN EPISTOLAM
AD HEBRAEOS
SCHOLIA.
Ex capite I.

F*Igura substantiæ.)* Id est, forma expressa ex substantia Patris. Est autem græcè character. Tractat hunc locum Orig. li. περὶ ἀρχῶν 1. capite secūdo, si quis plura desiderabit.

Portansq; omnia uerbo uirtutis suæ.) Hoc est, sustentans, moderans, & continēs vniuersa potentissimo verbo suo, non cura, vt homines quippiā administrant,

nistrant, sed solo arbitrio, soloq; nutu potentię suæ.

Purgationem peccatorum faciens, sedet, & cæt.) Græce simplicius est præteriti temporis verbo, sic, Per semetipsum purgatione facta peccatorum nostrorũ, sedet in dextra maiestatis in excelsis. Quum enim purgasset nos delictis nostris per suam mortem, tum consedit. Attamen idem quoque sedens iam efficit per sua sacramenta, semel demortuus. Ἐκάθισεν autem præteritum loco præsentis posuit ex Hebræorum consuetudine.

Tanto melior angelis affectus, quanto differentius, & cæt.) Et hoc quoque Græci melius habent: tanto potentia, autoritate, & sublimitate potior effectus angelis, quanto præstantius præ illis sortitus est nomen: quanquàm scite vertit Interpres.

Quoadusque ponam inimicos tuos scabellum.) Recte annotauit Primasius quoadusque, vel donec, nõ significare finem alicuius temporis isto in loco, sed pro infinito & sempiterno positum esse, quasi diceret alijs verbis. Tu semper habita in plenitudine maiestatis meæ, quia semper subijciam æternitati tuæ inimicos tuos Iudæos, aliosq; incredulos.

Ex capite II.

PRopterea abundantius oportet nos obseruare.) Quum, inquit, per proprium filium nobis sit loquutus, cumq; tãta sit huius filij dignitas, excellentia, & maiestas, diligentius oportet oculos animumq; aduertere ad ea quæ nobis ab ipso tradita sunt.

Ne forte pereffluamus.)Id eſt,pereamus,ſiue à veritate excidamus.

Alies enarrandi.

Quæ quum initium accepiſſet enarrari per dominum.)Hęc ſalus,inquit,primum enarrari cœpit à domino ſaluatore.Quod autem ſequitur,

Ab ijs qui aud.)Iungendum eſt cum illo, confirmata eſt.

Non enim angelis ſubiecit Deus *orbē terræ futurũ de quo loquimur.*)Referenda ſunt hæc non ad proxime præcedentia, ſed ad ea quæ primo capite, de Chriſti excellentia dicta ſunt.Præmiſerat autē, poſt alia dicente ad filium Patre, Sede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum,nunc ab interpoſitis digreſſus ſubdit: Non enim angelis ſubiecit orbem terræ,qui tandem futurus erat,de quo loquebamur modo dicentes,quum

X.Θ. introducit primo. in orbem terræ.Futurum autem dixit orbem quia conditus eſt, & aliquando nil extitit:& erat futurus quoad eſſentiæ Filij perpetuitatem.Cæterum enim ,pro autem, aut ſimili vocula poſuit.

Quid eſt homo quod memor es eius,&c.)Hæc de homine mortali proprie dicta,Apoſtolus in ſequentibus ad hominem Chriſtum refert.

Filius hominis.)Id eſt, Adę,Hebręis abiectiuè pro homine vili ac fragili dicitur.

Minuiſti eum paulo minus ab angelis.) Hoc de quouis homine dictum, vt modo indicauimus, ad hominem Chriſtum refertur, qui iuxta humanitatem modico tēpore angelis, ſiue vt alijs placet Deo infe-

inferior factus est. אלהים quippe plurali terminatione deum, vel deos, & angelos significat. Clemens tamen huius interpres epistolæ, τὸ παρ' ἀγγέλους posuit, pro eo quod in psalmo est מאלהים.

Decebat enim eum per quem omnia, &c. consummari.) Si legeris consummari, intelligenda hæc erũt
de Filio per paſsionem cõſummato: hoc est, ad glo n.
riam perducto. Si vero consummare accipienda erunt illa, decebat eum per quem omnia, qui mul- X.
tos fi. in glo. ad. de Patre, autorem salutis Christum per paſsionem consummante, id est, perficiente.

Qui enim sanctificat, et qui sanct. ex uno.) Scilicet autore Deo omnes, tam qui sanctificat Christus, quàm qui sanctificantur mortales.

Ego ero fidens in eum.) Ego Christus ero fidens in eum, nempe Patrem Deum. Locus est apud pro. Psal. 17.a. vbi nos legimus sperabo in eum.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter.) Quemadmodũ, inquit, pue
ri illi de quibus loquutus sum, carni participarunt Θ.
& sanguini, horumq́ incommodis fuere obnoxij, nimirum mortalium hominum filij: ita & Christus voluit eisdem corporis malis fieri obnoxius.

Nusquàm enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ ap.) Sentit nusquàm in diuinis literis legi, quòd Christus angelicam naturã aſſumpſerit redimendam, sed humanam apprehendit, ab Abrahæ semine naſcẽdo. Chrysostomi versi cõtextus habet, non enim quenquam angelorum apprehendit.

In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potẽs

 est

est & eis qui tentantur auxiliari.) In ea videlicet carne, in qua passus est ipse Dei filius, potens est etiam nobis auxiliari ne tētationibus succumbamus. Vel ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς, & cætera, potest esse, ex eo quod passus & tentatus est ipse, potens & propensior & tentatis succurrere.

Ex capite III.

AMplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit eam.) Bifariam constitui potest. Tanto maiore gloria dignus Christus habitus est quàm Moyses, quanto maiorem habet honorem is qui fabricauit dominum, quàm domus ipsa. Atque ita genitiui amplioris gloriæ & domus vice ablatiuorum accipiendi sunt, quorum loco (quia carent) Græci genitiuis vtuntur. Item: Tanto amplioris gloriæ habitus est iste dignus præ Moyse, hoc est, Christus Moyse pręstantior, quanto habet ampliorem ipsius domus, vel * ex ipsa domo honorem is qui fabricauit eam, quàm qui dispensat tantum in eadem, veluti Moyses qui administrationem acceperat domus ac familiæ Israheliticæ. Atque hoc pacto genitiuus amplioris gloriæ, spectabit ad illud habitus est: vel potius sicut in priori modo ad dignus, quod etiam genitiuum regit, domûs vero ad honorem.

Aliâs in

Si introibunt.) Si particula hoc locò abiuratiua est, aut certe negatiua. Valet enim perinde quasi dicamus. Periurio obnoxius sim si hi introierint in requiem meam. Latini addunt, emoriar, dispeream, aut

aut simile quippiam. Vel, iuraui in ira mea non introibunt in requiem meam. Reperies hoc fere apud veterem bibliorum interpretem, vt Deus iurando peculiariter his vocibus vtatur, si quoties negat, nisi vel si non (pro quo Sept. habent εἰ μὴν Hebr. Bi) quoties affirmat. Vt, Semel iuraui in sancto meo si Dauid mētiar. Amē dico vo. si dabitur generationi isti signum. Nisi benedicens benedicam tibi. Iurauit dominus exer. d. Si non vt putaui ita fiet. Potest tamen hic locus si introibunt & similes, quēadmodum & ille, Nisi benedicens & per aposiopesin accipi, qua non explicatur ad plenum quod intenditur. Et pulchrè sanè sub defectiua oratione, & hic & infra, ibi, nisi benedicens, ponit narrationem Apostolus ad ostendendum quòd æterna siue bona, siue mala, omnem superarent narrationem & linguam.

E. n. Ps. 88. Mar. 8. Inf. 6. Ies. 14. Inf. 6.

Si tamen initium substantiæ eius usq; in finem firmū retineatis. Hoc est, si susceptam Christi fidem quasi solidam firmamq; substantiā retineatis. Dicitur autem fides initium substātię, qua videlicet ceu immobili fundamento subsistimus, ac viuimus vita spirituali, dicente propheta, Iustus autem ex fide viuit. Et fides alibi substantia esse describitur.

X. Haba. 2. Heb. 11.

Quidam enim audientes, exacerbauerunt.) Cauendum itaq; & vobis, ne de pollicitationibus hæsitetis, & increduli sitis. Nihil quippe vobis conducet sola promissorum auditio, nisi & fidem his præstiteritis. Audierunt & patres illi veteres: sed increduli exacerbauerunt & irritauerunt dominū suum.

Ex capite IIII.

Existimetur aliqs ex uobis deesse.) Δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι, id est, apparet vel existimetur aliquis vestium preteritus esse: vel, vt Chrysostomus versus habet, putet aliquis vestrum se alienatum esse.

Sed non profuit illis sermo auditus non admistus fidei ex ijs quæ audierunt. Sensus hic est. Non profuit Hebræis illis ad terram promissam ituris sermo ipsius auditus, id est, sermo promissionis, auditu tantum exceptus, sed non admistus neque coniunctus cum fide: quam ipsa quæ audierant promissa benedictionibus plena, illis conciliare debuerant. Sunt etiam qui, ex ijs quæ audierant, interpretentur propter malos illos rumores de terra promissa per exploratores delatos. Græca hoc loco variant. Hanc autem lectionem quantum ex Græcorum cõmentarijs colligere licuit arbitror germaniorem. ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Recentiores verò codices, pro συγκεκραμένους, συγκεκραμένος nominandi casu habent. Verum priorem lectionem sequuntur interpretes prope o-
n. mnes. Et Theophylacti interpres testatur græce esse admisti. Sensus autem eiusmodi est. Sed non pro-
E. fuit illis, nempè incredulis, audisse sermonem de terra promissa, eò quòd per fidem non essent coadunati ijs qui obaudierant: vel, vt habet Chrysostomi versor, qui non erant temperati fide eorum, quæ audierant.

Ingre-

Ingrediemur enim in requiem qui cre. quem a. d. Si cut iuraui in ira mea, si intro. in re. m.) Probat à contrario credentes ingressuros in requiem cœlestem: quum incredulos iuramento cõfirmet dominus nõ introituros in requiem ipsius. G.

Et quidem operibus ab institutiõe mũdi perfectis. Clausula hęc pendet ab illo quod supra dictum est, nobis nunciatum est. Nec enim ab eo loco propriè vsquàm perfecta periodus constituitur, præterquã post, institutione mundi perfectis. Ostendit autem Apo. duplicis figuræ testimonio nobis nunciatam esse requiem illam cœlestem. Primò per hoc quòd Deus cõsummato mundi totius opere, septimo die conquieuerit. De quo ita subdit: n. Ans.

Dixit enim in quodam loco de die sep. sic. Et requieuit &c.) Quid enim aliud signatur hoc ipso, quod post creatum hominem mox sequenti die requieuerit ab oĩbus operibus, quã quòd illũ ad requiẽ crearit, & post huius vitæ labores destinarit ad æternã felicitatem assumere. Idem deniq; & altero testimonio comprobat, quum subiungit: Ans.

Et in isto.) Inquit quem modo citauimus psalmo, rursum denunciatum est sub figura requiei filijs Israel promissæ, de requie illa beata, dicente scriptura.

Si introibunt in re. m.) Quo sicut supra, per oppositum significatur credituros in requiem sempiternam, (quam peculiariter suam Deus vocat) admittendos. Liquet igitur ex prędictis de triplici requie Apostolum facere mentionem: de requie diei septimæ in consummatione operum mundi, de re- H.

quie Israelitici populi in terra Palestina: & de requie sempiterna.

Quoniam ergo superest introire quosdam in illā: & ij quibus prioribus annunciatum est non int. &c. Quoniam ergo iuxta Dei promissa restat vt quidā requiem illam ingrediantur,(nam quod ad illos attinet quibus annunciatum est,propter incredulitatem suam non introierunt) rursus post tantum temporis spacium à promissa Palestina præfinit alium, quem non septimum sed hodiernum esse voluit,dicendo τὸ hodie per os Dauidis, quemadmodum,inquit,iam non semel dictum est: quo consistente in requiē illam ingredi valemus, si modo nō obdurauerimus corda nostra, sicuti in illa exacerbatione. Hæc volunt ea quæ mox verba subsequuntur: iterū terminat diem quendā ho. in Da.di.post tantū &c.

Iterum terminat &c.

Nam si eis Iesus requiē præstitißet,nunquàm de alia loqueretur posthac die.) Probat per hæc Dauidem Spiritu sancto afflatum, æternam requiem in præmisso psalmo figuratè per requiem illam Palestinā præsignasse.Nam si,inquit,Iesus siue Iosue, Nū, siue Naue filius,veram requiem suis præstitisset: nequaquam Deus per os Dauidis, alterius venturi postmodum diei meminisset.

Sabbatismus.) Id est,requies.

Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio.) Respicit ad vltionem illam Israheliticæ gentis in deserto factam. Nam si in idem incidamus incredulitatis exemplum, propter quod prostrata sunt in deserto tot hominum millia: est

600000. sermo Dei ab ipsius ore procedens viuus,efficax, &

gladio vtrinq; incidente penetrantior, quo interea mus. Sermo autem Dei ipse Dei filius est, vel scriptu ræ diuinæ vis neutiquam violanda, cuius effectui ne iota quidem decedet. (κριτικὸς.

Discretor.) Iudex, siue examinator cogitationũ,

Ad quẽ nobis sermo.) Id est, ipsi reddituri sumus actuum nostrorum rationem. λόγος enim non- X.
nunquam cuiusq; rei causam signat.

Habentes ergo pontificem mag. Hic Apost. post multa interiecta tandẽ regreditur ad descriptionẽ sa cerdotij Christi, quemadmodum cœperat in initio capitis 3. vbi sic habes. Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est &c.

Pro similitudine. Id est, secundum similitudinem nostri, videlicet, quia perinde carnis peccatricis incommoda, à carnis vitijs alienus, sustinuit: ac nos, ob carnis vitia, carnis simul & animi vexationem commeruimus. Sunt tamen nonnulla corporis incommoda, vtpotè quæ ex causis accidentalibus homini accidunt: vt sunt lepra, scabies, morbi caduci, quibus corpus Christi negatur fuisse obnoxium, vt docet b. Tho. in summæ suæ par. 3. quæst. 14. Tom. pa. 3 quæst. 14.

In auxilio opportuno. Auxilium hoc loci pro tẽpore auxilij accipiendum est.

Ex capite V.

OMnis namq; pontifex ex hominibus as. pro hominibus constituitur. Causam reddit, quur cũ fiducia ad magni pontificis thronum accedere debeamus: qa inquit, ꝓ hominibus põtifex constituit.

Et

Et quidem quùm esset Filius Dei, *didicit ex ijs quæ paßus est, obe.)* Quanquam Filius esset, inquit, Dei, ex immanitate cruciatuum perdidicit, experimentoq́ꝫ cognouit labores obedientiæ.

Pontifex iuxta or. Melcisedec. Operęprecium putaui, ad huius loci explanatiōem ex Primasij, & aliorum cōmentarijs, paucis annotare causas, quur Christus sacerdos iuxta ordinem Melcisedec potius quā dicatur iuxta ordinem Aaron. Et prima quidē est,
Prima. quia Melchisedec secundum legalia mādata sacerdos non fuit, sed secundum cuiusdam singularis sacerdotij dignitatem, panem offerens Deo & vinū, non brutorum animalium cruorem: Iuxta cuius ordinem Chr. æternus sacerdos, nō victimas legaleis, sed carnem & sanguinem proprium obtulit: Caro,
Ioh. 6.f. inquiens, mea verè est ci. & sang. m. ve. est potus. Ista quoq; duo munera, commisit ecclesię in sui offerenda memoriam. Vnde patet sacrificium pecudum, quod fuit ordinis Aaronici pertransisse: & id perma
Secunda. nere, quod est ordinis Melchisedec. Secūda causa est, quia Melchisedec rex fuit simul & sacerdos, vnctusq́ꝫ non oleo visibili, sed Spiritus S. Christus item gemina hac dignitate insignitus est. Nam quòd regiam sortitus sit dignitatē, ipse manifestè eloquitur: Ego,
Psal. 2. inquiens, constitutus sum rex ab eo. Et post resurrectionem suam: Data est mihi, inquit, omnis pote-
Mat. 28. stas. Quod verò sacerdos existat, in confesso est, quoniam semet obtulit pro nobis in ara crucis: & nunc interpellat Deum Patrem pro nostra salute. Porro quòd vnctus sit non oleo visibili, sed plenitudine Spiritus. S. Psalmographus nobis manifestat, ita ad

ipſum inquiens: O Deus, vnxit te Deus tuus oleo lę. Pſa.44.
piæ con. t. Tertia cauſa eſt, quia ſicuti de vnica legi- Tertia.
mus Melchiſedec oblatione, eaq́ multarum gentiū
patri Abrahamo facta: ita & Chriſtus ſemel ſeme- Gen.14.d.
tipſum, omnium gentium Patri & Deo obtulit im-
molandum pro nobis. Quarta: ſicut ille Abrahamo Quarta.
reuertenti à cæde regum: ita & Chriſtus hoſtiam ob Ibidem.
tulit victoribus vitiorum. His poſſunt & aliæ plures
adiungi rationes, quas ſagaci lectori relinquimus
inueſtigandas: præſertim ex huius epiſtolæ ca.7.a. Quinta.
de ſacerdotij æternitate ex genealogiæ Melchiſedec Sexta.
celatione: de decimatione ipſi Melchiſedec ab Abra
hamo facta: in qua omnes quamuis magni Chriſto
ſumus obnoxij: & de cæteris.

Interpretabilis ad dic. Interpretabilis negatiuè poſitum eſt, pro ininterpretabilis, ſiue inexplicabilis: ſicuti & Prou.5. & rurſus Rom.11. inueſtigabilis pro inperueſtigabilis. n.

Propter tempus. Dixit, vel quia iamdudum Chriſtum profiterentur, vel quia ante cæteros Chriſtum per legem & prophetas cognouiſſent.

Expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Hoc eſt, rudis eſt ſiue capax non eſt ſermonis, qui de vera perfectaq́ iuſtitia, & de ſyncera vita eſt X.

Exercitatos habēt ſenſus.) Senſus hic dicit partes ſenſorias, id eſt, αἰσθητήρια. L.

Ex capite VI.

Quapropter intermittentes inchoationis Chr. ſermonem, ad perfectionem feramur. Quia au, ſupra diximus perfectorum eſſe ſolidum cibum,

coium

eorum qui propter assuetudinem exercitatos habẽt sensus, & taleis vos esse oporteat, omissis initialibus de Christo sermonibus ad perfectiora ducamur.

Baptismatũ doctrinæ. Si duo hæc coniunctim legas sensus erit: Omittentes sermonem de institutione, seu doctrina, quæ primum catechumenis tradi consueuit: Sin separatim, sensus erit: omittentes initialem sermonem de baptismate, & de doctrina, qua baptizatis plenius fidei traduntur sacramenta.

Et hoc faciemus. Ad perfectiora tradenda feremur, si quidem permis. De.

Impoßibile est enim eos q semel illuminati sunt & rursus renouari ad pœni. Causam dicit quur omittat rursus initia tradere Christianæ professionis ijs qui semel Christum induissent, nempe quod fieri nequeat vt à semel suscepta fidei & baptismatis illuminatione relapsi ad pristina vitia denuo renouentur εἰς μετάνοιαν, id est, in vel ad pœnitentiam, hoc est, per pœnitentiam, interprete Chrysostomo: Renouabitur enim inquit, vt aquilæ iuuentus t. Qui etiam hãc renouationem non nisi in lauacro fieri tradit. Hanc sententiam habet & Amb. Glos. or. & Aquinas, qui etiam D. Augustinum huius profert sententiæ autorem. Verum apud Aug. non reperio, nisi lib. de vera & fal. pœn. falso præferenti titulum Aug. Quanquã quod habet Chrysostomus copiose sed obscurius, is liber breuiter & dilucidè explicat his verbis. Dixit eos renouari per pœnitentiam impossibile esse, vt

Am. lib. de pœni. ca. 2

Li. de vera & fal. pœni. cap. 3.

rursum crucifigant Filium Dei & ostentui habeant, id est, ut iterum baptizentur. Qui enim baptizatur mortem crucis & sepulturam repræsentat. Recentiores aliquot simpliciter hunc locum accipiunt, de quauis pœnitentia: & impossibile interpretantur admodum difficile. His consentire uidetur D. Am. post priorem illā sententiā, in hæc etiā verba dicens: Possem quidem etiam aliud dicere ei qui hoc (nempe præsens Apo. verbum) de pœnitentia dictū putat, quia quæ impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud Deum &c. Sed & D. Hiero. cum his sentire videtur lib. videlicet aduersus Ioui. 2. nā per Montani & Nauati errorem (qui contendunt non posse renouari per pœnitentiam eos, qui sibi crucifixerunt Filium Dei & ostentui habuerunt) Apostolum soluere dicat per ea quæ subnectit: Confidimus de vobis meliora & viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur, &c. Lib. de pœ. cap. 2.

Virtutesq; seculi uē. Vt sunt impassibilitas, immortalitas &c.

Terra enim sæpe uenientem super se bibens imbrem, & germinans herbam oppor. illis à quibus col. accipit benedict. à Deo: proferens autem spinas ac trib. reproba est.) Quum dixisset impossibile esse post gustatum cœleste donum, postq; susceptum cū Spiritus S. participatione verbum euangelicum, prolapsos rursus renouari ad pœnitentiam, hæc nūc paradigmate, rei ostendit terribilitatem, declaratq;

quia

quia combiberunt verbum, & sępius cœlesti pluuia irrigati sunt, & nec sic frugiferi facti sunt. Si enim nō excolereris, inquit, si non potareris imbribus, non
Ioh.15. esset tantum malum. Si enim non venissem, inquit, & loquutus eis nō fuissem pec. non ha. Si vero sępius bibisti & excepisti, qua ratione pro fructibus alia protulisti? Ita ferè Chry.

Cuius consummatio in cōbustionem. Cuius finis combustio est.

Ostentare. Dictū est pro ostendere, vel præstare. ἐνδείκνυσθαι enim est, monstrare, exhibere, & pręstare.

Ad expletionem.) πληροφορίαν, Quasi dicat certitudinem spei, id est, vt plenam & perfectam spē vos habere ostendatis.

Hæreditabunt. Gręcè est sortiuntur, siue hęreditate obtinent tempore p̄senti: atq; id molliorem facit orationem.

Abrahæ namq; promittens Deus, quoniam nem. habuit. Dilucidior erit sententia, congruentiorq; verborum series, si clausulam hanc, quoniam neminē habuit per quem iuraret maiorem, per parenthesin interiectam intelligas.

Nisi benedicens. Nisi, id est, ἦ μὴν hoc loco affirmantis est: quasi dicat: Certè benedicens benedicam tibi. Vide supra ca.3.

Et omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. Id est, omnis altercationis & litis finis est iusiurandum, idq; in certam confirmationem.

In quo. Significare videtur hic propter quod. per

Per duas res immobileis. Nempe promißionem, & iusiurandum.

Incedentem usq; ad interiora uelaminis.) Id est, penetrantem vsq; ad sancta sanctorum, quæ intra velum sunt. Tum autem spes nostra interiora penetrat velaminis, quum cælestia præmia certißima sibi expectatione seruari credit, sperat, amat, atq; opetibus ostendit quid credat & quid speret. P.

Ex capite VIII.

M*Elchisedec rex Salem.*) Quis sit hic Melchisedec, & quę hæc Salem, docet ex traditione eruditißimorum quorundam Hebræorũ Diuus Hieronymus epistola ad Euagrium, Mißi sti, ita scribens. Tradunt hunc est Sem primũ filium Noë: & eo tẽpore quo ortus est Abram habuisse ętatis annos 390. (hic omittimus annorum supputationẽ atq; alia, post quæ sequitur:) Salem autem, nõ vt Iosephus, & nostri omnes arbitrantur esse Ierusalem nomen ex græco hebraicoq; compositũ: quod absurdum esse peregrinæ linguæ mixtura demonstrat: sed oppidum iuxta Scytopolim, quod vsq; hodie appellatur Salem: & ostenditur ibi palatiũ Melchisedec, ex magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam. Putat quoque eandem esse ciuitatem de qua apud D. Iohan. scribitur. Erat Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim.

Epis. 24. par. 3.

Io. 3.

Et benedixit ei.) Videlicet Abrahamo Melchisedec.

Sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium di. neq; fi. ui. h.) Non quia parentes nullos habuerit,

quippe qui, vt cæteri homines, in lucem prodierit: sed quia eius generatio literis non sit demandata, nec eius qui nam fuerint progenitores nomine explicentur, intelligendum est. Quomodo ergo iste sine patre, sine matre, quomodo initiū dierū neq; finē vitæ habuit, nec narrata genealogia: sic & Christus ipsa natura rei sine initio & sine fine est. Sicut enim illius nescimus vel initium, vel finem, propter quod non sit scriptum: sic & nescimus Filij Dei, quia scribi nequaquàm potuit. Generationem enim eius, in-

Isa.53.c. quit ille, quis enarrabit?

Quanquàm & ipsi exic.) Ipsi subaudi fratres.

A meliore bene dicitur. Κρείττων validiorem & potentiorem signat nedum meliorem.

Et hic quidem decimas morientes hominem ac. ibi

E. *autem contestatur.*) Et hic, inquit, id est, in Leuitico sacerdotio morituri homines decimas accipiunt, & mortem identidem maioribus sublatis decimationis ius ad posteros transit: ibi autem, id est, in Melchisedecico sacerdotio, testimonium perhibetur per scripturam, quòd qui decimas capit viuat & maneat in æternum. Ita eñi legimus: Tu es sa. in æt. se. or. Mel.

Psal.109. *Et (ut ita dictum sit) per Abraham, & Leui, qui decimas accepit decimatus est.*) Sensus est: Non Abrahā modo decimas exoluit ipsi Melchisedec, verū etiam

Θ.E. & Leui ipse, qui sacerdotij obtinuit principatum, & ad quem exigendarum decimarum ius pertinuit, in lumbis adhuc proaui sui Abrahę dilitescēs quodam modo decimas exoluit. Licebit quoque per Leui vniuersum Leuitarum ordinem intelligere, propte-

λαμβάνων. rea quod *accepit Græcis sit præsentis temporis.

Si

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (popu. enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit sec. or. Mel. alium surgere sacer. & non secun. or. Aaron dici.) Quod dicit tale est. Quòd si cõtenderitis in sacerdotio Leuitico perfectionem finem, atque consummationem fuisse, propterea quòd sub illo lex data sit populo: quid opus erat, iuxta psalmi vaticinium alium surgere sacerdotẽ, qui non iuxta ritum Aaron præcipui illius ex Leuitica tribu sacerdotis, sed iuxta ordinem Melchisedec sacerdos diceretur. n.X.

Translato enim sacerdotio.) Enim hic pro autem posuisse videtur, quemadmodum & alibi.

In quo enim hæc dicuntur de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Is, inquit, de quo hęc in psalmo scripta sunt, nimirum Christus ex alia tribu videlicet Iuda exortus est, vnde nullus altario sacrisq; curandis destinatus est.

Et amplius adhuc manifestum est: si secundum similitudinem Mel. exurgat alius sacer. qui non se. le. mandati car. factus est, sed sec. uir. uitæ indissolubilis.) Primum meminens hic si pro siquidem positum esse, hoc sensu, Magis insuper liquet & manifestum fit, quantum inter Mosaicum interfit et Christi sacerdotium: Siquidem ad similitudinem Melchisedec testatur psalmographi vaticinium exurgere sacerdotem alium, qui non iuxta carnalis mandatum legis pontifex futurus sit, sed iuxta permanentis & indissolubilis vitæ suæ potentiam. Tanquàm si inquiat: Aliam etiam ostendo differentiã vtriusq; sacerdotij,

non modo ex tribu, neq; modo ex persona, neq; ex iureiurando, atque aliis de quibus supra disputauimus: sed ex diuersa vtriusque virtute ac robore. Siquidem illud pro carnalis legis conditione, carnale ac temporale est: hoc vero pro suæ potentiæ conditione, spirituale atque æternum. In hanc ferè sententiam enarrant Chrysostomus, atque is, cuius est in hanc epistolam fragmentum titulo Ambrosii. Alii tamen de sacerdotii translatione accipiunt, dicentes: & amplius adhuc manifestum est, scilicet legalis N. sacerdotii factam esse translationem. Porrò illud secundum legē mand. car. hypallage est, pro eo quod est, secundum mandatum legis carnalis. Indissolubilis ex græ. manifestum est casus esse paterni, eo'q; & vitæ epitheton.

Tu es sacerdos in æternū.) Emphasis ac vis disputationis hoc duntaxat in loco in eo sita est quod dicitur in æternum. Nam pro diuerso diuersorum huius versiculi verborum respectu, toties iam recitatum est vnum idem'q; testimonium, vt perspicuum fit superiorem Paulinæ disputationis seriem intuenti.

Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: (nihil enim ad perfectum adduxit lex:) introductio uero melioris spei per quam proximamus ad Deum.) Abrogatio, inquit, fit veteris mandati legalis & testamenti, quia inutile atq; infirmum erat, nec perfectum quēquam O. reddere poterat: at eius loco introductio alterius fit mandati & testamenti, quod longè potioris spei est, vtpote per quam spem non iam ad interiora ve-

lami-

laminis, sed ad ipsum proximamus summi numinis conspectum. Porro quod quidam illud ἐπείσα γωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος transtulit, verum erat introductio ad spem potiorem, vt intelligatur mandatum vetus introductionem fuisse ad spem potiorem, planè violentum est, & à veterum explanatione dissentiens. n.

Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cũ iureiu. per eum qui dixit ad illum: Iurauit do. et non pœ. eum, tu es sacer. in æt.) in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Ex hac ipsa parenthesis annotatione cæterorumq; verborum distinctione, perspicuam arbitror iam tibi factam intelligentiam. Verum, ne quid fortè adhuc sit quod posit remorari, eandem alijs plenioribus verbis replico. Hoc ipso quòd interposito iuramento Christi sacerdotiũ firmatum est, euidens fit, quantò melioris testamenti promissor atq; intercessor factus sit Iesus. Nã quod ad reliquos sacerdotes attinet, citra iusiurandũ creantur. Quòd si quæras quo scripturæ testimonio, quoque iuratore. Per eum de quo in psalmo canitur, Iurauit do. & non pœ. eum, tu es sacerdos in æternum. Psa. 109.
Sunt tamen alij, qui particulam illam, & quantum est, non sine iureiurando, absq; periodo coniungũt superioribus, ita vt ibi, Alij quidem nouum faciant orationis caput. Deniq; illud, In tantum, periodo segregant à præcedentibus: nec prius finiunt orationis cursum quàm vbi legerint, prohiberẽtur permanere. Verum quàm hæc non quadrent (tametsi non n.

cis ignorem ita in græ.exemp. reperirii) cuiuis rem presſius intuenti perſpicuum fit.

Ex capite VIII.

Θ. *CApitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.*Id eſt, ſumma & præcipua quędam pars eorum, de quibus modo fuſius diſſeruimus hæc eſt: nẽpè quòd talem habeamus pontificem, &c.

Omnis enim pōtifex.)Enim, quia non habet cuius dicat cauſam, pro autem accipiendum eſt.

Neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat.) Habet vero & Chriſtus quod offerat, ſemetipſum ſcilicet, mortis ſuæ paſsionem, hoſtiam multo ſanctiſsimam, eoq́ & Deo Patri gratiſsimam.

Si ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos, quum eſſent qui offerrēt ſe.legem munera.)Hic magis quadrat enim, vt in græcis exem. quàm ergo: reddit em rationem quur dixerit Chriſtum pontificem conſidere ad dexteram ſedis magnitudinis ſiue maieſtatis in cœlis. Nam ſi terrenus inquit, eſſet ſacerdos, vt Aaron, non eſſet vtiq; ſacerdos, legalis ſcilicet, quia Leuiticæ tribus nequaquàm fuit, per conſequēs nec pōtifex iuxta legis literam eſſe potuit: quum eſſent ſecundum legem diligendi qui offerrent hoſtias & munera vmbræ tantummodo ac typo ſeruiētia cœleſtium hoſtiarum Sunt pręterea mediæ ætatis theologi aliquot, inter quos eſt is qui Gloſſæ interl. autor eſt, qui locum hunc ad proxime pręcedentē particulam, neceſſe eſt habere quod offerat, referentes, ediſſerunt ad hunc modum. Si ergo eſſet ſuper terram, id eſt, ſi id quod Chriſtus obtulit terrenum eſſet munus legali hoſtiæ ſimile, non eſſet ſacerdos Chriſtus

Si enim eſ. ſuper.ter.

Qui exēp. & ver. deſ.

stus ad id offerendum necessarius, quum essent alij qui huiusmodi munera secundũ legẽ offerrent. Hãc vt non improbarim interpretationẽ, ita illam non addubitauerim iudicare meliorẽ. Iuxta hanc autem vtcunq; tolerari potest illud ergo, dum vulgo legimus, si ergo esset super terram.

Non docebit unusquisq; proximũ su. d. cognosce do. Iere.31.c.
quoniam omnes scient me. D. Au. li. de spiritu & li. ca. 24. quęstione hoc vaticinium pertractans, explicat quo pacto intelligendum sit. Ita enim scribit. Nunc certè iam tempus est testamenti noui, cuius per prophetam facta est promissio per hęc verba, quę ex illa prophetia cõmemorauimus. Cur ergo adhuc dicit vnusquisq; ciui suo & fratri suo, cognosce dominũ? An forte non dicitur quum euangelium p̃dicetur, et eius ipsa sit prędicatio vt hoc vbiq; dicatur? Nam vnde se Apo. gentium dicit doctorem, nisi quia hoc fit quod ipse ait, quomodo inuocabunt in quem non crediderunt: aut quomodo credent ei quem non au Ro.10.c.
dierunt: quomodo autem audient sine prędicante? Quum ergo nunc ista prędicatio vsquequaq; crebrescat, quõ tempus est testamẽti noui, de quo propheta dixit, & nõ docebit vnusquisq;, nisi quia eiusdem Test. N. æter. mercedem i ipsius Dei beatissimã contemplationẽ promittendo cõmẽxit. Quid est ergo, omnes à minore vsq; ad maiorẽ eorum, nisi omnes pertinẽtes spiritualiter ad domum Israel et ad domũ Iuda: hoc est, ad filios Isaac & semen Abrahæ? Qui qui plura de hoc Iere. vaticinio desiderabit, legat Aug. de spiritu & litera ca.19 atq; item 20.

Ex capite IX.

Habuit quidem et prius iustificationes culturæ. De veteri loquitur testamento, quod suos habuit cultus & sacrificiorũ ritus, quibus secundum legem iusti habebantur, quanquàm mentibus non purificarẽtur eiusmodi culturis dediti ac seruiẽtes.

Et sanctum seculare. Rectius, mea sententia, ij, qui sanctum seculare interpretantur sanctificationem secularem seu mundanã, in rebus mundanis corporalibus & extrarijs sitã: quàm qui locum illum circa n. tabernaculum communem omnibus, accessibilem etiam proselytis gentibus ac Nazaręis: Quem & ob id seculare sanctum vocatum dicũt, quòd quibusuis in illud ingredi licitum esset. Quanquàm video maiorem interpretantiũ partem hanc sequi sententiã.

Tabernaculum enim factum est primum. De altera duntaxat hic loquitur tabernaculi parte, quæ dicebatur sancta, vt postea subdit.

In quo erant candelabra.) Hoc est, septem lucernarum receptacula ex vno cãdelabro instar ramorum surgentia.

Propositio panum. Per hypallagen accipiendum, pro panes propositiõis, seu panes propositorij, qui in sacra tabernaculi mensa proponebantur, quibus non alijs, quàm sacerdotibus vesci erat licitum.

Alias q̃d. *Quæ dicitur sancta.* Hoc referri debet ad tabernaculum, quod dicebatur sancta numero pluratiuo, propter res sacras ibidem reconditas, id quod ex græcis manifestum fit, vbi relatiuum à tabernaculo in genere non discordat. Quod ad sermonis formam attinet, si legamus, quæ dicitur sancta, vt ferè habẽt codices: dicendũ interp̃tem sic sui seculi more loquu

rum,

tum:pro eo, quòd hodie diceremus, quod dicitur sancta, vel quæ sancta dicuntur. Nā relatiuum vtrilibet potest concordari. Posuit autem verbum numeri singularis, vt respōderet tabernaculo, & ne putaremus hic referri quæ immediatè præcedunt, candelabra mensa & prop.pa.

Post uelamentum autem.) Apud græcos vox secundum non aliò potest quàm ad velamentum referri, quum historiæ vnius tantum velaminis mētionem faciant. Hinc igitur colligi potest vtrunq; tabernaculum suum habuisse velum: sed alterum fortasse diuersi generis à priori, & minus præciosum, cuius historiæ non meminerunt. Vnde & Theo. quoq; duplex indicat fuisse velamen. Non absurdū etiam fuerit si prius velamen accipiamus oppansionem illam, quæ in Mosi adhuc portatili tabernaculo muri loco fiebat. Nil tamen prohibet, quò minus Latini latinam lectionem ita distinguamus: post velamentum autem, & taber. maxime quum ipse Apostolici sermonis tenor hoc ipsum rectè addmittat, imò pene etiam requirat, vt liquet intuenti. n.

Arcam test. circunt. ex omni parte auro, in qua urna aur. & uir. Aaron quæ fron. & tabulæ. Huic aduersari videtur quod 3. Reg. 8. b. scribitur. In arca autem non erat aliud nisi duę tabulę lapideę. Verum quod hic dicit Apo. de tempore Mosi accipiendum est, ante templi ędificationem, quo non erat alius locus commodus reponendis vrna & virga Aaronica.

Superq; eā Cherubim.) Id est, supra arcam testamenti, hoc est, supra propiciatoriū quod erat arcę opertorium. Su. te.

Tt 5 Hoc

Hoc significante Spiritu S. nondum propalatam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum.) Tanquam si dicat: Hoc ipso quod vetus ille ritus mactandarum pecudum, cęremoniarum, oblationum, & reliquus Mosaicæ legis cultus persistebat, nec dabatur cuiquam in sancta illa sanctorũ ingressus, nisi vni summo sacerdoti, idq; hac lege, ne pluries quàm semel annuè, & non absq; sanguine ingrederetur, designabat Spiritus, eo tempore necdum patuisse omnibus vere puris ac sanctis in cœlum tabernaculum longè omnium sanctissimũ, ingressum: quem tandem summus sacerdos Christus proprio sanguine reserauit. Cęterum illud, nō-
X. dum propa. esse sanct. viam, dici potest vel viam ad sancta sanctorũ nequaquam patuisse, vel sanctorũ hominum viam necdum fuisse manifestam.

Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera.) Græca paulò his obscuriora, atq; eiusmodi sunt, vt et tempus instans propter relatiuum ὃν intelligi suadeant, tempus veteris legis tum adhuc præsens, quum epistola hæc scriberetur: & illud ἐπικείμενα quod impositis vertit interpres, referri postulent ad munera & hostias, non ad cibos, & potus, & baptismata, ut nostra vult editio. Vt autem ad oculum cernas, sic illa habent: ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι, &c. vsq; ad ἐπικείμεναι: quæ ad verbum enumerata ita sonant. Quæ comparatio in tempus præsens, (vt subaudias est, vel spectat) in quo munera & hostiæ offeruntur, non potentia

potentia iuxta conscientiam perficere vel consecrare seruientem, solũ in cibis & potibus et varijs lotionibus & iustificationibus carnis vsq; ad tẽpus emendationis imposita. Verum interpres quo declinaret sermonis incommoditatem pariter & absurditatẽ, non inscitè sensum nobis potius quàm verba transfudit, illud interim εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα sic anceps relinquens, vt ad vtrumuis, siue ad tempus veteris legis, siue ad tempus gratiæ referri liceat: tametsi posterius magis suadeat ratio. Id tamen animaduerti debet, siue dicas iuxta quam parabolam, siue καθ' ὃν id est, iuxta quod tempus vel in quo tempore, & quæ sequuntur, non nisi ad veteris legis statum pertinere.

Aßistens pontifex.) παραγενόμενος non tam assistens est, quàm aduenìens: at hoc magis quadrare videtur, propterea quòd subditur, introiuit.

Per amplius & perfectius tabernaculum.) Amplius & perfectius tabernaculum dicens, cœlos ipsos designauit, quos penetrauit pontifex noster ad dexteram Patris conscendens, aut, (si isthuc magis probatur) Christi humanitatem: quod tabernaculum tantò Mosi fuit præstantius, quantò preciosiorem illo thesaurum, nempe Christi diuinitatem continuit. P.
Item hoc ipso maius esse cõprobatur corporis Christi tabernaculum, quòd non naturali aut humano hominum opere, quòd non industria manuaria, denicq; quòd non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex volũtate viri, sed virtute Spiritus S. mõ mirabili ineffabiliq; sit ex virginea carne fabrefactũ: per q̃d, ueluti per prius tabernaculũ voluit põtifex nr̃

Nõ manu factum.

Ioha.1.

Christus

Christus ad loca illa sanctissima, Patris maiestatem interpellaturus pertransire. Nec mirum cuiquam videri debet, quòd corpus Christi tabernaculum dixerim, quũ & Apostolica vox, vel nostra corpora Spi-
1.Cor.6.d. ritus sancti templa esse testatur.

Sanguine dedicatum est.) Id est, roboratum & cõsecratum.

Lana coccinea.) Id est, rubra.

Hysopo. Hysopus herba est humilis è petris nascens, vt volunt: qua in aspersione vtebantur, propterea quod densior esset, & liquoris capacior, teste Chryso.

Hic sanguis testamen.) Nimirum quo firmatum ac roboratum ostenditur fœdus seu testamentum.

Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostijs.) Ex-
O. emplaria dicit typica illa veteris legis: cœlestia, nos & quæ ecclesiæ sunt, quorum illa argumenta prætulere atq; figuras. Illa his supradictis necessum lege præcipiente erat victimis ritibusq; expurgari, nempe sanguine vitulorum & hircorum, aqua, lana, hysopo, cinere vitulæ: at ista cœlestia longè potioribus, scilicet preciosissimo Filij Dei sanguine & morte, qui ita nos penitus repurgauit, vt & animas ipsas quauis labe absterserit. Cæterum quæ velit per illa exemplaria peculiariter intelligi, ipse supra mihi videtur satis insinuare, ubi dicit: Librum & omnem populum aspersit: & paulò pòst, etiam tabernaculũ, & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit, & omnia penè in sanguine mundantur: quæ vero per cœlestia, nec ipse Apo. speciatim nec explanato-

res, quos equidẽ viderim, manifestant. Non absurdum autem mihi videtur, si pro tabernaculo cœlũ ipsum accipiamus, iuxta quod subdit: Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum: pro libro, verba diuina: ꝓ populo Israelitico, populum Christianum, cuius cõuersatio in cœlis est: pro vasis, seu armis, instrumentisúe ministratorijs corpora hæc nostra aliquando futura cœlestia, vel etiam actiones, sermones, & cogitatus, quibus ceu instrumentis in Dei vtimur seruitio. Nec mirum cuiquam videri debet si cœlestia hæc purgari dicantur, quum non ocularis, sed spiritualis hæc sit intelligenda purgatio. Quinimò nec in exemplaribus illis externa huiusmodi lotio vbiq; locum habere potest. Citius enim commaculaueris rem aliquam quam expurgaueris sanguinis aut cineris aspergine. Verum quantum equidem intelligo, sicuti ibi per illam aspersionem quanta illis rebus deberetur dignitas, puritas & veneratio, ita & hic quoq; per cœlestium rerum expiationem summa indicatur earum dignitas, sanctitudo, & maiestas. Et sicut immolati animantis sanguine, & populus & cætera omnia Deo dedicabantur, atq; adeo & fœdus firmum ratumq; reddebatur, ita & nunc occisi agni cruore, & nos, & om̃ia quæ ecclesiæ sunt Deo consecrata sunt, & fœdus nostrum cum Deo perstat immobile.

Ad destitutionẽ peccati. εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, hoc est, ad reprobationem, profligationémque peccati.

Secundo sine peccato apparebit. Hoc est: Videbitur tunc nil habẽs, quod offerat ꝓ peccato. In priori siquidem

ſiquidem aduentu pontifex ad expianda peccata viſus eſt: in ſecun. aduentu iudex ad vindicãda peccata cõſpicietur. Item ſine peccato dicere poſſumus, ſine corporis peccato obnoxij mortalitate. Theophy. exponit ad hunc modũ. Mortuus eſt ille inquit noſtris onuſtus criminibus, & eadem Deo offerens Patri, vt deleat obliteretq́, quorum gratia mortem ſit ipſe perpeſſus. Eum namq́ qui peccatum nullũ patrarit ſontem effecit Pater, tanquam qui noſtra in ſe conſciuiſſet facinora. Apparebit tamen ſecundo, nil vltra deferens peccatorum, pro quibus non iterato erit huic moriendum qui ſemel obiuit, ſed vt iudex aduenies ſaluti futurus ſe expectantibus.

Ex capite X.

NOn *ipſam imaginem uerum.* Emphaſis eſt in demonſtratiuo ipſam: quaſi dicat: non ipſiſsimam ſiue perfectam imaginem, hoc eſt, non ipſam veritatem rerum. Theoph. ex Baſil. Mag. indicat vmbram dici legem, imaginem verò quæ nunc in eccleſia peraguntur, quæ & ipſa aliorũ perfectiorum bonorum, id eſt, rerum (quas vocat Apo.) ſignificationes ſint, quæ in futuro ſeculo expectamus. Differunt autem hic vmbra & imago quemadmodum rudis figuræ alicuius macula, nil repręſentans præter extrema quædam corporis lineamenta, & pictura omnibus ſuis coloribus decorata.

Vmbra & imago.

E. X.

Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. Tanquam ſi dicat. Non expiatiõem, nõ ſolutionem peccatorum operantur legales illæ hoſtiæ quotannis oblatæ: ſed commemorant arguuntq́

antéq; peccata nequaquam esse soluta. In eo siquidem quòd hostiæ offerebātur, redargutio erat peccatorum: in eo quod assiduè & quotannis aliæ atq; aliæ victimæ offerebantur, argumentum erat inefficaciæ in illis ad condonanda peccata. Sed dixerit aliquis. Quid ergo? Estne sacrificiū altaris inualidum, quod toties & tā multis in locis offerri & iterari conspicimus? Deniq; si semel oblatum totius tulit peccata mundi, vt quid in singulos dies tot repetitis vicibus, totq; hostiarum immolationibus iteratur? Offertur quidem per singulos dies, non quòd semel à Christo oblatum inualidum sit ad totius seculi tollenda crimina, sed vt tanti beneficij perpetua habeatur recordatio. Hoc enim, inquit, facite in me.com. Deinde iteratur quidem, nec tamen multa sunt vt in veteri lege sacrificia, sed vnum atq; idem semper & vbiuis est sacrificium. Alioqui hac ratiōe quoniam in multis locis offertur, multi essent & Christi. Quomodo igitur vnum & nō multa, quū à multis diuersis in locis diuersisq; temporibus offeratur? Aduertendum est quòd diuinitas verbi Dei vna atque eadem omni tempore omniq; loco semper perseuerans, & omnia replens, inscrutabili sua virtute hoc operetur, & vnum semper sit sacrificium, quemadmodum vna est diuinitas, & vnum corpus quod diuinitas ipsa suscepit.

Ex Chryſ. & Prima.

Luc.22.

In capite libri scrip. est de me.) De hoc libro & libri capite varia est interpretum sententia. Sed ne infinita replicem, illud mihi probabilius censetur, vt de libro psalmorum hoc dictum accipiamus, vbi in primo psalmo iuxta id quod hic subiungitur, vt faciam Deus voluntatem tuam, scriptum

est.

eſt, ſed in lege domini voluntas eius. Quandoquidem totus hic locus, hoſtiam & obla.nol.&c. ex eiuſdem libri Pſalmo 39. deſumptus eſt. Simpliciſſima quoq; & hæc erit ratio, ſi quod D. Clemens, aut ſi qs alius eſt Pauli interpres, ex 70. Inter. poſuit ἐν κεφαλίδι βιβλίου pro illo accipiamus quod Hebręis legitur,
Is.c. במגלת ספר id eſt, in volumine libri, vel in volumine deſcriptionis. Nam de patris adimplenda per Chr. voluntate, per corporis ipſius immolationem paſſim loquuntur ſcripturæ.

Aufert primum, ut ſequens ſtatuat. Vtrobiq; ſubaudiendum ſacerdotium, vel teſtamentum, vel ſacrificium, aut aliquid ſimile. Apud Græcos aptius vi detur ſubaudiendum voluntatem, quod illis neutri generis eſt: ſequitur enim è veſtigio, in qua voluntate ſanctificati ſumus.

Præſto eſt. Id eſt, aſſiſtit.

Cõſummauit. Id eſt, perfectos reddidit τετελείωκε vel perfectos reddit, vt præteritum accipias loco præſentis, ſicuti id eſt non infrequens apud Hebræos.

Conteſtatur autem nos & Spiritus S. Græcè eſt μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν teſtificatur autem nobis.

Iere.31.c. *Poſtquam enim dixit:* Hoc autem. Subaudi eſt teſtamentum, quod teſtificabor ad illos, &c. Ecliptica eſt oratio, atq; ita ſuppleri poteſt. Poſtquam enim dixit, hoc autem eſt teſta. quod teſtabor, ſiue (ut græcè eſt) diſponam ad illos, dicit dominus: Dabo leges meas in cordibus eorũ, & in mentibus eorum ſuper ſcribam eas, adiecit etiam hoc, & peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor: vt patet ſupra cap.8.

Vbi

Vbi aũt horum remißio, iam non est oblatio, subaudi necessaria pro peccato. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorũ in sanguine Christi, quam initiauit nobis uiam nouam et uiuentẽ per uelamen, id est carnem suam, et sacerdotem mag. super domũ Dei, accedamus cũ uero corde. Sensus et ordo verborum hic est. Itaq; fratres quum ex peccatorũ remissione certã habeamus fiduciã super introitu ad loca verè sancta, quæ illa quondam sancta sanctorum figurabant per sanguinem Christi, quem introitũ Christus nobis inchoauit & fecit uiam nouam, & ad vitã perducẽtem, idq; ingrediens per carnis suæ velamẽ, quumq; habeamus & sacerdotem magnum domus Dei, id est ecclesię moderatorem, accedamus cũ vero corde plenaq; fide, vt pontificem nostrum imitantes tandem in sancta sanctorũ sequi mereamur.

Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam.) Admonet illos ne segregent sese à communibus congregationibus: in quibus mutuæ fiebant ad fidei cõstantiam cohortationes, consolationes, de rebus dubijs collationes, institutiones, & id genus reliqua: sicut, inquit, quibusdã mos est ab huiusmodi semet cœtibus subducere.

Voluntarie enim peccantibus.) Referendum est ad id quod paulò superius dictum est, abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem immotam.

Sanguinem testamẽti pollutum duxerit.*) Hoc est, qui sanguinem Christi quo nouum testamentum consecratum & sancitũ est, communẽ execrandũq; * κοινὸν.

Iudicauerit. κοινὸν pro polluto & abominādo posuit, idq́ ex Hebræorum idiomate.

In altero quidem oppro. in altero &c. Ita dictum est, pro partim quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: partim autem socij taliter cōuersantium effecti. Quod postremum perinde valet, ac si dicat: Non solum in proprijs passionibus nō erubescitis, quin etiā & cū apostolis in tribulationibus, & cōtumelijs agentes gaudetis. Ita ferè Chry.

Adhuc enim modicum aliquantulumq́;, qui uenturus est uc.) Quibusdam adiectis & immutatis, Apostolus prophetę Habacuc verbis tanquam suis vtitur. Ita enim in eius prophetiæ ca. 2. iuxta Sep. legimus. Si defecerit, expecta eum, quia veniens veniet & nō tardabit. Si retraxerit se, non placebit animæ meæ in eo. At iustus ex fide mea viuet.

Quòd si subtraxerit se.) Iustus à fide semel suscepta, non pla. animæ m.

Non sumus subtractionis filij. Hoc est, non sumus increduli, subducentes nosmet à fide in perditionem. Cæterum, ὑποστολὴ non modo subtractionem, verum etiam præuaricationem, repressionem, deinde & metum non planè nec ingenuè loquentis significat: quæ sanè huic loco non ineptè congruunt.

Ex capite XI.

ARgumentum non apparentium.) Argumentū dixit pro demonstratione, ostensione, probatione, & certa persuasione. Dicitur enī ἔλεγχος ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, q̄d est, argumentis cōprobare & ostendere. D. Aug tract. in Ioh. 79. aliquantò secus hanc

hāc fidei descriptionē extulit ad hūc modū. Est aūt fides, inqt, sperantiū substātia, & cōuictio reū q̄ non videt̄. Qd' aūt dixit sperantiū scilicet hoīm, nr̄ vero interp̄s sperandarū rerū, ex ambiguitate fit græci vocabuli ἐλπιζομένων actiuā & passiuā habētis significantiā. Porrò cōuictio dictū est à cōuinco, q̄d nō raro primitiui sui vinco significantiā retinēs vsurpat̄ pro exprimo, & q̄si difficultatē dicēdo supero, ,p q̄ vulgatus interp̄s vertit argumentū ab arguēdo, id est, ostēdendo & probādo. Hoc admonere visum est, ne cui scrupulū faciāt D. Aug. verba: p̄sertim ob id q, ,p cōuictio cōiunctio mēdosè legat̄ in ipsius voluminib.

Fide, intelligimus aptata esse secula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierēt.) Per fidē, ait, intelligimus & credimus cōdita esse secula, & quicqd seculis ipsis, imò æternitate ipsa cōprehenditur: atq; id solo Dei iussu, ita vt ex nihil aliqd, ex incorporeis corporea, ex inuisibilibus & non apparētibus visibilia fierēt.

Fide plurimam host.) Πλείονα, id est, abūdantiorem hostiā. Πλείονα ad verbū sonat plurem, quod quia vsu caret, eius loco superlatiuū substituit Inter.

Et per illam defunctus adhuc loquitur.) Per illam, vel propter illam hostiam: vel per illam fidem mortuus, illo suo facto & exemplo ad iustitiam nos erudiens loquitur. Sicut enim cœlum, inquit Chryso. tantum apparens loquitur, sic & ille dum in memoriam venit. Nunq̄ enim in tanta esset admiratione si mille linguas haberet si viueret, in quanta nunc admiratione est.

Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est: & inquirentibus se remunerator sit.) Hoc

dilucidius fuisset, si sic enunciasset Interpres. Accedentem ad Deum credere oportet, & quòd Deus ipse sit, & quòd requirentibus se remunerator sit. Verum ὢ est, & sum, scriptura peculiariter tribuit Deo, tanquam aliquid diuinæ essentiæ proprium: iuxta

Exo.3.d. illud: Ego sum, qui sum. Qui est misit me ad vos.

Fide Noe responso accepto.) sup. à Deo. Vel χρηματισθεὶς, id est, oraculo certior factus, vel compellatus, ἀπὸ τοῦ χρηματίζειν quod interdum respon-

S. sa dare legatiõibus, interdũ appellare aliquẽ, hoc est, cõpellare, appellare, alloq, & agere cũ quopiã de negocio aliq̃: interdũ ius dicere, & sancire significat. Et χρηματίζειν propriè Deus, pontifices, principes, & magistratus, aut alioqui autoritate præditi dicuntur.

Metuens, aptauit arc.) Non est hic φοβηθεὶς

S. terrore perculsus, aut formidans, sed εὐλαβηθεὶς reuerentem, & piè ac religiosè timentem, præcauentem'q; declarans.

Per quam damnauit mun. Incertũ est etiam apud græcos quò spectet relatiuum quam, ad fidem'ne, an ad arcam: vtrumlibet enim referre potest. Per fidem damnauit mundum, dum mundi vitia execrã do respuit & abdicauit: dum'q; fidei suę iustitia quid interesset inter suam & reliquorum tum viuentium vitam discreuit. nam id quoq; κατακρίνειν designat. Per arcam damnauit mundum, dum tali

D. ipsum ostendit supplicio dignum, qui neq; per tam diuturnam arcę constructionem corrigebatur, neq; ex illa instructus diuinam credebat superuenturam vltionem. Vel damnauit, id est, condemnandum iudicauit.

Fide,

Fide, qui uocatur Abraham obediuit in locũ exire.) Græca eiuſmodi ſunt vt variam admittant ſyntaxin. Sic enim habent Πίστει καλούμενος ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον. Primus ordo hic eſt. Is qui dictus eſt Abraham, per fidem obediuit ita vt exiret in locum quem accepturus erat in hæreditatem. Secundus hic eſt. Abraham per fidẽ ſic uocatus (nam quum prius vocaretur Abram fide promeruit auctionem nominis) obediuit in locum exeundo. Tertius ordo fidem vtriq; ſimul parti accommodat. Fide vocatus, ſide obediuit. Poteſt quoq; καλούμενος idem eſſe, quod vocatione iuſſus ſiue admonitus: atq; ita fide iungendum erit cum obediuit, iuxta ordinem quem primo poſui loco, qui & vulgatior eſt & ſimplicior. Hiſtoriam habes lib. Gen. c. 11. & 12. Gen. 17. a. E. n.

Fundamenta habentem ciuitatem. Hoc eſt, cœleſtẽ quæ fundamentis ſtabilita eſt perpetuis.

Præter tempus ætatis. Hoc eſt, præter opportunitatem ætatis: quandoquidem vetula iam erat Sara, & ad fœturam minime idonea. Vnde græcis non eſt ſimpliciter tempus, quod illi χρόνον dicunt, ſed καιρὸς temporis commoditatem opportunitatẽq; ſignificans.

Propter quod et ab uno orti ſunt, et hoc emortuo. Ab vno videlicet Abraham: vel ab vno Abrahæ & Saræ corpore (iuxta illud, erunt duo in carne vna) eoq; iam effœto & ad generationem inualido, ἐγεννήθησαν geniti ſunt, vt ſubaudias filij, excreueruntq; in immenſam multitudinem, &c. Quod autem pro & hoc legitur καὶ ταῦτα, quod ſonat & hæc, ad epitaſin P. E.

facit:tanquam si dicas. Orti sunt ab vno illo, ad hæc etiam emortuo. Vel, geniti sunt ab vno, idq; emortuo. Licebit quoq; græcis verbis alterum dare sensum, vt in ταῦτα subaudiantur ac demonstrentur τὰ τέκνα, id est filij: & νενεκρωμένου in propria sua accipiatur significatiõe, hoc pacto. Propterea & ab vno Abraham, eoq; iam tum è viuis sublato, quum multiplicaretur ipsius semen ad multitudinem vsq; stellarum, orti sunt & oriuntur etiam ij liberi, qui patris huius fidem imitantur: atq; adeo etiam qui ab hoc, iuxta carnalem propagationem, duxerunt, ducuntúe originem.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti.) Apostolus, siue huius interpres, κατὰ hoc loco abuti videtur pro μετὰ vel ἐν, hoc est, pro cum vel in: quemadmodum e diuerso ἐν apud poetas pro κατ' nonnunquam sumitur. In fide vel cũ fide defuncti sunt.

Et si quidem ipsius meminißent de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt.) Ostendit per hæc, patres illos Abraham, Isahac, & Iacob, quum terræ alienę inquilini essent, haudquaquam detentos fuisse desiderio patriæ vnde semel fuerant egressi, quam repetendi (si id libuisset) haud defuisse: vtiq; illis opportunitas: verum præstantiorem operiebantur patriã, nempe cœlestem.

Non confunditur Deus uocari Deus eorum.) Sicuti passim in scripturis legimus: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.

Parauit enim illis ciuitatem.) Rationem reddit quur meliorem expeterent terram: nimirum, quòd

parat am

paratam sibi nossent à Deo ciuitatem cœlestem.

Vnde cum & in parabolam accepit.) Parabola in præsenti loco typum & figuram signat Immolatio enim Isahac, typus fuit immolandi Christi, sicuti id pulchrè edisserit Primasius hunc enarrans locum: atque item Chryso. scribens in Gen. ca. 21.

Fide, & de futuris benedixit Isahac, Iacob & Esau. Isahac, inquit, tantæ erat erga Deum fiduciæ, vt iam moriturus filijs suis Iacob & Esau bonorum post fu- Gen. 27.c turorum benedictionem polliceri non dubitarit: & vt eis benedicendo comprecatus est, ita & rei declarauit euentus.

Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit. Hoc est vtrunque Iosephi filium, Ephraim vide- Gen. 28.b licet & Manasse nepotes suos, Iaacob moriturus impositis transuersim manibus benedixit.

Et adorauit fastigium uirgæ eius.) Diuersa est in Gen, 47.g hunc locum interpretum sententia Nonnulli volũt iuxta 70. ipsum Iaacob filij sui Ioseph adorasse virgam ipsam: Interp. atque hoc ipso præsignasse exaltationem Ioseph in terra Aegypti, & fratrum ipsius futuram adorationem. Nõnulli Iaacob baculo suo ob senium innixũ Aug. in ge. adorasse Deum dicunt. Vnde Græcis legitur ἐπὶ quæst. 162. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, id est, ad summitatem N. virgæ suę, vel eius. Quanquam αὐτοῦ, pro reciproco magis exigit adspirationem: sed hæc differentia non semper seruatur. Nonnulli item in adoratione virgæ ipsius Ioseph, futurum imperiũ Christi p̃signatũ adsleuerãt, cui vniuersus subijciẽdus

erat mundus. Ioseph enim venditus à fratribus Christi gerebat imaginem. Virga insuper imperij dignitatem portendebat, dicente Psalmista, Virga æquitatis virga regni tui. Nonnulli prçterea B. Hieronymum sequi malunt, qui à 70. Interp. dissentiens verba illa Gen. ca. 74. על ראש המטה vertit, ad caput lectuli. Non malè tamen verterunt Sep. quũ vtrunque sit anceps vocabulum: מטה videlicet ad caput & fastigium, & ראש ad lectum & virgam. Tractat hũc locum Genesios & Aug. li. quçst. in Gen. quçst. 162: & maxime probat quod græcè est, adorauit super caput, vel in cacumine virgæ αὐτοῦ suæ. Euche. tertiam illam habens sententiam. Sceptri, inquit, significatio accipenda est per virgam, & per homo regni potestatisque fastigium, in quo Christus intelligitur adoratus, qui futurus erat regni Hebræorũ caput.

Psa. 44.

Memoratus est. Mẽtionẽ facit, à memoror, aris.

Quàm temporalis peccati habere iucunditatem.) Scelus namque esse duxit Moyses, si regij ipse esset luxus particeps, fratres autem sui afflictionibus defatigarentur.

Improperium Christi. Improperiũ Christi Moyses pertulit, quia pro Christo & ad ipsius similitudinem et typũ tale hic à suis quale à suis Christus pertulit opprobrium. Vel quia illatę iusto iniuriæ, non tam homini inferuntur quàm Christo: iuxta illud,

Mat. 25. Quod vni ex mini. meis fecistis mi. fec. Vide Theo.

Fide reliquit Aegyptũ. Quando post cædem Aegyptij ad vocem obiurgantis se defugit, confisus tamen se propediem reuersurũ & liberaturũ populũ.

Exo. 2. b. X. O.

Inuisibilem enim tanquàm uidens, sustinuit.)Ἐκα
ρτέρησε sustinuit absolutè, ni fallor, posuit, vt inuisibi
lem cũ videns construas. Sic enim lego apud Chry-
sostomum veluti videns inuisibilem, sic sustinebat:
quod ita potest explicari. Tanta erat animi robora
tus constantia, quasi Deum coram conspexisset pa
ratum succurrere.

Pascha et sanguinis effu. Sanguinis effusionẽ ad-
iecit, insinuans vnctionem illam sanguinis agnini
in postibus domorum ad arcendum angelum ex-
terminatorẽ, ne ibi extingueret primitiua, hoc est, Primitiua.
primogenita.

Circuitu dierum 7.)Hoc est, circuitu septeno se- n.
ptenis facto diebus. Vide Iosue ca. 6.

Crastra uerterunt exterorum.)Scito castra hic nõ
esse propugnacula nec arces, quæ græcis ἐρύματα
ἀκροπόλεις & ἐπάλξεις dicuntur: sed tentoriorũ
ordines castrensi ordinatione consertos, hoc est, πα L.n.
ρεμβολάς. Castra ergo verterũt, hoc est, inclinauerũt
& in fugam verterunt vicerunt'q; gentiũ alienarum.

Accep. mulieres de res. mor. s. Vt Sunamitis per Eli Θ.
zeum: Sarephthana per Eliam.

Circuierunt in melotis.)Circuierunt, inquit, quia H.
vt profugi incertis vagabantur sedibus propter ma
lorum persequutiones. Melota est propriè pellis oui
na & cuiusuis quadrupedis. Nam μῆλον ouẽ signat
& quadrupedem. Huiusmodi autem melotis pro- P.
pter asperitatem vsi leguntur veteres monachi, id'q;
exemplo Eliæ prophetæ. Nonnulli melotas dici exi
stimãt ab animali quodam hirsuto & aspero, quod

Melius seu Melis dicitur, eò quòd sit auidissimum mellis: & alio nomine Taxus appellatur.

Non acceperunt repromissionē. Videtur ipse sibimet aduersari Apo. propterea quòd præmiserit, operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones. Verū ibi de promissiōibus vitę pręsentis: hic vero de promissione loquitur vitę cœlestis. Quid ergo? An fortè sancti mortali hoc exuti corpore nulla donati

Luc. 23.f. sunt gloria? Absit. Hodie enim, inquit Dominus

Apo.6.c. latroni, mecum eris in paradyso. Ad hęc beatus Iohan. in Apocalypsi: Datæ sunt, inquit, illis singulæ stolæ albæ: sed non vestientur duplicibus donec vestiamur & nos. Vnde hoc ipsum insinuans Apost. subiungit, Deo pro nobis melius aliquid pro. vt nō sine no. consum. Vide autem prudens lector, explanatores cumq; his Origenem, qui tractat hunc locum scribens in Leu. c. 10. cùm iudicio & cautim legas, ne in errorem incidas eorum qui putāt animas corporibus exutas non potiri visione diuina. Tractat hoc argumentum be. Thomas scribens in 4. Sent. dist. 45. ar. 2.

Ex capite XII.

D. NVbem testium. Non multitudinem testiū dixit, sed nubē. Nam quū & Apo. & ij quibus scribebat pressuratum æstu premerentur, sicuti manifestum fit ex fine ca. 10. ideo refocillabit nos, inquit, hæc testium memoria, veluti nubecula quædā æstuantibus circumfusa.

X. *Qui proposito sibi gau.* Hoc est, quum licuerit illi nil pati si voluisset.

Reco-

Recogitate enim.)Enim dixit, pro autem, vt aliâs non vno in loco.

Noli negligere.)μὴ ὀλιγώρει.i. ne paruipendas. Negligere tamē etiam est contēnere & non curare.

Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt om. ergo adulteri, & non fi. estis. Si, ait, pressuræ & paternæ correptionis estis expertes, cuius participes sunt omnes veri ac legitimi filij: consequitur vos haudquaquàm germanos esse filios, sed adulterinos, ac nothos. Adulteri vocabulo Interpres abusus est, pro eo qui ex adulterio natus est: nisi forte adulteri deprauatum sit, ex adulterini.

Hic autē ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationem eius.) Græca nōnihil apertiora sunt: nam nostra ad græcam expressa phrasim, obscuritatem adferūt simplici lectori. Sic illa habēt. ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. Quorum sensus ita reddi potest. Hic autem ad vtilitatem erudit, in hoc vt sanctitas ipsius recipiatur.

Propter quod remissas ma. et soluta genua erigite.) Alludit ad verba Ie. c. 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Monet aūt his verbis vt manus in bonis operibus per inertiam torpentes excitent, & ad pia opera exercēda strenuas reddant: collapsa quoque seu inclinata, idque siue per impatientiam, siue per torpedinem genua ad ambulandam viam Domini fulciant atque consolident.

Gressus rec. fac.) Quod ad vocis significantiam attinet, videtur Inter. gressus hic posuisse pro vijs: hoc est, pro terra pedibus gradientium calcata: Ca.

quem-

quemadmodum itineris & viæ vocabula interim actum eundi: interim terræ spacium per quod itur designant. Quod & sentiam, facit vox τροχιὰ hoc loco posita, quam Theo. aut ipsius interpres indicat significare cursus impressum humi vestigium, vel telluram ipsam cursorum pedibus conculcatam: qui etiam explanando ita prosequitur. Sint velim viæ vestræ leniores & planæ: hoc est, nihil quod durum tristeúe sit & tortuosum animis vestris insideat: sed leni gradu, & neminem offendente decurrite.

Contemplantes ne quis desit Dei.) ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, id est, obseruantes, vel superintendentes, ne quis destituatur à gratia Dei.

Ne qua radix amaritudinis.) Radicem amaritudinis siue amaram, prauam voluntatem, incredulitatem, hæresim, aut peccatum accipere possumus.

Prophanus.) Id est, impurus, impius, & à sacris alienus.

Non enim inuenit pœnitentiæ locum.) Hoc est, fructum in pœnitentia adsequutus non est.

Aliâs accẽsibilem.

Non enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem.) Pro sermonis consequentia aduertendum quod Apostolus ab exordio huius ca. vbi ait, tantam habentes impositam nubem testium, in multis tacitè allusit ad ea quæ acta sunt in egressu Israhelitici populi ex Aegypto. Et quod hactenus occultius ac tenuius fecit, nunc manifestius & profundius aggreditur, comparationem faciens legis euangelicæ cum lege Mosaica, & eorum, quæ circa Sinai montem acciderunt in latione legis mediante Mose,

Mose, cum iis, quæ per Christum peracta sunt in latione legis nouæ: & manifestat euangelicam legem longè illa præstantiorem, mansuetiorem, accessibiliorem, atque in nullo formidabilem: quò videlicet Hebræorum animos accendat, vt hanc amplectantur, atq; in ipsa seruāda persistant. Dicit ergo. Haudquaquàm exterrentia ac formidanda signa legislator noster Christus præmittere voluit, promulgandæ legi euangelicæ, sicut præmissa sunt in lege illa Mosaica promulgāda: cuiusmodi fuere ignis ille palpabilis, corporalis, visibilis & accensiuus, turbo, caligo, tubæ sonitus, & id genus reliqua. Accessistis quidem ad ignem quum Christi excepistis prędicationem: (quippe Deus noster ignis consumens est:) at lōge diuersus est hic ab illo. Ille corporalis sensibúsq; corporeis perceptibilis: hic spiritualis est, nō nisi spiritualibus tractabilis. Cęterū illud accēsibilem, quod aliâs legitur, actiuè accipiendum est pro ad accēdendum & exurendum aptum. Nam id res ipsa postulare videtur: & ita nonnullæ hoc genus voces vsurpari solent, vt risibilis apud dialecticos & incredibilis in literis arcanis: etiamsi non ignorem κεκαυμένῳ à recentioribus verti accensum.

P.

N.

Tractabilis & accēsi.

Infra.g.

n.

Non enim portabant. Ferre haud poterant.

Et ita terribile erat quod uidebatur. Moyses dixit. Exterritus sum & tremebundus. Hoc pacto compingi poterit oratio. Ita terribile erat quod videbatur, Vt ipse etiam Moses diceret, quòd exterritus esset & tremebundus effectus. Nec est quod magnopere nos torqueat, hoc testimonium nusquàm repertum in libris veteris Test. canonicis: quū sufficere nobis

X.

bis

bis debeat vndeunde sumptum sit, tã Apostoli hoc proferentis, quàm ecclesiæ hanc epistolam approbantis autoritas.

Sed accesßistis ad Sion.) Pendent hæc à superioribus vbi scriptum est: Non enim accesſistis ad tractabilem, &c.

Θ. *Et spiritus iustorum perfectorum.*) Subaudi accesſistis. Tunc autem acceditur ad spiritus, hoc est animos iustorum perfectorumq́ꝫ, quando quis illorum imitatur conuersationem.

Et sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel.) Scito hic Abel esse paterni casus, & referri debere ad sanguinis aspersionem, vt sit sensus. Accesſistis ad sanguinis Christi aspersionem, vel (vt græcè est inuerso verborum ordine) ad sanguinem aspersionis, melius loquentem, quàm sanguis loquatur Abelis. Sed quo pacto, inquies, vtriusque horum sanguis loqui intelligendus est? Loquebatur sanguis Abel, quando vox sanguinis eius, teste scriptura, clamabat ad dominum è terra. Loquebatur sanguis Christi, & melius, vel vt græce est, meliora loquebatur, quando è cruce & pro sanguinis effusoribus precabatur, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Sanguis Abel mortem & vindictam loquebatur: sanguis Christi vitam & misericordiam nobis omnibus precatur atq; exorat.

Gen. 4.

Luc. 23. c.

Ex capite XIII.

Aug. li. q̃st. super Gen.

LAtuerunt quidam angelis hospitio receptis.) Hoc est, quod Aug. & Eucher. apertius hoc pacto efferunt: quidam nescientes hospitio receperũt ange-

angelos. Est autem græca phrasis etiam à priscis illis scriptoribus Irenęo, siue huius interprete, & Tertulliano vsurpata: veluti pro eo quod latine diceretur, nesciens pręterij domum, illi loquuntur, latui præteriens domum. Altera lectio manifesta est: nisi quòd subaudiri potest quod vetusti quidam codices interponant Deo, placuerunt quidam Deo: aut dicendum, placuerunt angelis ipsis. 1. Eu. li. in gen. 2. c. 19 E.

Honorabile connubium in omnibus, & thorus imma.) Quia & in pręcedentibus pariter & sequentibus modo imperandi loquitur dicens, memores estote, & mementote præpositorum vest. necesse est & hic imperādi particulam subintelligi, sit vel esto. Honorabile ergo, inquit, vobis sit coniugium, & lectus item impollutus, id est, nullo adulterio, nullaq́ indecenti libidine contaminatus.

Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.) Tanquàm si dicat, vt ex superioribus nonnihil repetam. Non est quòd despondeatis animum, quasi vobis non sit adfuturum diuinum in rebus necessarijs auxilium: quin potius imitatores nos esse condecet constantissimę fiducię illorū, qui vobis Dei verbum loquuti sunt, illorūq́ meminisse tā felicis in optima conuersatione exitus: quos si fueritis æmulati, haud dubiè qui illis adfuit Chr. Ie. & vobis quoq; adfuturus est. Idē ille semper permanet: nunq̄ suæ benignitatis obliuiscitur, eādem omnibus opem pręstare paratus. Chry. tamē & hunc suo more sequutus The. existimat quosdā extitisse, qui asseruerint, quēadmodū & hodie Iudęi dicunt aliū quempiam non Christum ipsum venturū, & contra hos intendisse Apo. Memento te pręposi. ve. qui. vo. lo. s. ve. dei: quorum int. ex. ini. fi.

Quo-

Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Ie. ut sanctificaret per sang. s. popu. extra por. pas. est. Aduerte quo pacto sermonis contextus sibi cohæreat. Præmiserat altare nos habere offerendis sacrificijs, nimirū Christum ipsum designans altare simul & hostiam, cuius fas non esset veteris legis sacerdotibus esse participes, quàm diu tabernaculi illius ritibus essent addicti. Iam hoc ipsum declarat, duplici figura præsignatum esse, primo per hostiam quandam legis, secundo per sacrificium Christi, quod iuxta prioris illius similitudinem peractum est. Nam quod quorundam animalium carnes non comederentur sed cremarentur extra castra, quorum tamen sanguis tanti habebatur, vt pro expiando peccato, per pontificem inferretur in sancta templi: præsignat, quòd quicunque non exeunt extra Iudaicos veteris legis ac sacrificiorū ritus, nequaquàm altaris sacrificij Christi participes fieri possint, sed alieni & expertes sint tanti corporis, cuius sanguis pro totius mundi peccatis, in spirituali tēplo oblatus est. Ad idem etiam demonstrandum, videlicet non esse participes altaris qui tabernaculo inseruiunt, ad similitudinem illius sacrificij de quo modo diximus, Christus Iesus quò sanguine suo à peccatorū sordibus sanctos nos & puros redderet, extra portā, extra tabernaculum, extra sanctam ciuitatē passus est. Necesse igitur est, si sanguinis huius oblationisque volumus esse participes, vt legaleis ceremonias, ceteraque veteris legis crassiora instituta deserentes ad Christum transeamus: Ideoque

Nota.

D.

Propter quod et Ie. vt sanctif.

Ideoq́ꝫ ſubiungit dicens. Exeamus igitur extra caſtra impro.e.por.

Confidimus enim, quòd bonam conſcientiam habemus in omnibus bene uolentes conuerſari.) Quanquàm hæc græci codices commate tantum ſeparent ab eo quod præceſsit, orate pro nobis, tamen ipſe orationis tenor palam indicat, illud confidimus enim, exigere nouum orationis caput. Purgat autem ſeſe Apoſtolus his verbis aduerſus obtrectatores, qui æſtimabant eum male affectum Hebræis, eò quod craſsiora Moſaicæ legis inſtituta abroganda doceret, & gentilibus nouæ legis libertatem annunciaret. Confidimus autem, inquit, hoc, quod bonam conſcientiam ſynceramq́ꝫ voluntatem habeamus erga omneis & pro omnibus, ſiue Iudæis, ſiue Gentilibus, cupientes ſemper piè ac honeſtè conuerſari, tametſi id ſecus quibuſdam videatur.

Deprecor uos hoc facere.) Nempè vt nos precibus apud Deū iuuetis, quo celerius reſtituar vobis.

Aptet uos in omni bono.) καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, id eſt, in omni opere bono præparet, abſolutos reddat, coaugmentet, componatq́ꝫ.

Vt ſuffcratis uerbum ſolatij.) Tale quid eſt, quale nos dicere ſolemus, Boni conſulite noſtram exhortationem. Quum autem græce ſit παρακλήσεως, poteſt eſſe & ſolatij & exhortationis.

IN EPISTOLAM BEATI IACOBI SCHOLIA.

Ex capite I.

Mat.10. Mar.15. Gal.1.d. IAcobus.)Is est, qui à b. Matthæo Iacobus Alphæi, à be. Mar. Iacobus minor, ab Apo. Pau. frater Domini, ab Egesippo cognomēto Iustus scribitur.

n. Qui etiam teste Hiero. primus post mortem Domini ab Apostolis ordinatus fuit Ierosolymorum episcopus Vide Hieronymum de scrip. eccl. & in epistolā ad Ga. ca.1.

De scrip. ec. Idem tamen quosdam fuisse scribit, qui adseuerint hanc epistolā ab alio quodam sub huius nomine editam fuisse: paulatim tamē procedente tempore obtinuisse autoritatem. Vnde etiam huius epi. autoritas non in vno concilio recepta & comprobata est. Cæterum quòd Iacobus primus Ierosolymitanæ vrbis episcopus vnus fuerit è duodecim, testatur etiam Chrysostomus homi. in Iohan.47. idemq́; apertius docet Beda scribens in Actorum Apostolicorum ca.1.

n. *Qui dat omnibus affluenter.* Prouerbialis particula ἁπλῶς significare potest vel simpliciter, vel affluenter, vel candidè: duo tamen posteriora aptius respondent ei quod subnectitur, & non improperat.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit.) Tanquam si dicat. Optimo iure in sua

sub-

sublimitate, ac sui apud Deum exaltatione gloriari potest quisquis frater & verè Christianus est, quamlibet etiam sit iuxta mundum hunc pauper atque abiectus: at diues si glorietur in diuitijs, in potentia, in fœlicitate sua temporali, in quibus vana est gloriatio, non in sublimitate, sed verius in humilitate sua malè gloriatur: quandoquidem veluti momentaneus herbæ flosculus celeriter euanescet, tam ipse quàm omnis ipsius gloria. Est autem in eo quod dicitur, diues autem in humilitate, ironica loquutio: quam fere expostulat particula illa, quoniam sicut flos fœni transibit. Posset tamen & citra ironiam accipi, vt dicamus diuitem Christianum in sui deiectione gloriari debere, non in potentia diuitiarum: nisi quod id aliquanto durius sonet propter sequentia, vt modo dixi: quò fit vt prior sententia mihi magis probetur. Illud quoq; aduertas oportet fœnum hic ex scripturę consuetudine, pro gramine seu herba vsurpari. G.o. n.

Ita & diues in itineribus suis marcescet.) Diues, inquit, qui fiduciam suam in incerto collocat diuitiarum, mox in pijs vitæ suæ vijs & actionibus, atque adeo in omni fœlicitatis suæ splendore contabescet. B.

Deus enim intentator malorum est: ipse enim neminem tentat.) Intentator hoc loco is est, qui non tentat: siquidem ἀπείραστος vox est negatiua, quæ licet significationis possit esse passiuę, pro eo qui tentari non possit, hic tamen actiuæ potius est, nisi fortè ἀπείραστον κακῶν pro malorum molestiarumque experte accipias: cæterum δὲ, positum est, pro n.L. S.o.

enim, ſicuti & latinorum quædam habent exemplaria. Eſt itaq; ſenſus. Non eſt ſcelerum cauſa Deus, aut malarum immiſſor tentationum, vt ad mala ſolicitet, nam ipſe nullum hominem tentat. Admittit quidem aduerſa nonnunquàm, non tamē vt ſolicitet ad malum, ſed vt probet, purget, ſicq; hoc pacto tentatum, dignum efficiat. Eſt ergo tētatio duplex, altera ſollicitationis ad malum: altera probationis, de qua alibi: Tentat vos dominus deus veſter.

Abſtractus et illectus. ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος .i. dum extrahitur & ineſcatur. Quidam ſic vertunt,
n. vnuſquiſque tentatur, dum à propria concupiſcentia abſtrahitur & ineſcatur: vt ſcilicet concupiſcentia iungatur cum abſtrahitur & ineſcatur: verum huic refragātur ſcriptores veteres, nominatim Hieronymus li. aduerſus Ioui. 2. & Oecu. atq; adeo etiam ipſe ſermonis tenor.

Omne datum optimum.) Referendum eſt ad illud, Deus enim intentator malorum eſt. Eò ſiquidem regreditur, vt declaret nihil à Deo proficiſci malorum.

Tranſmutatio, nec uiciſsitudinis obumbratio. Sentit in Deo nullam eſſe demutationem, nullumq; alterratiōis incommodum, quemadmodum cernere eſt in rebus mundanis: quapropter non poteſt non eſſe perfectum ac ſolidum quicquid ab illo proficiſcitur: quum contrà ſit in rebus humanis.

Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis. Quaſi dicat. Vnum illud inter cætera dona ſupernè deſcendentia veluti præſtantiſsimum commemoro: quod deſtinata ſua voluntate, non noſtris meritis

nos

nos regenerarit verissimo euangelij sui verbo (id enim est verbo veritatis) vel verbo veritatis, hoc est, verbo incarnato Filij Dei, qui summa veritas est. Quod autem subdit,

Vt simus initiū aliquod creaturæ eius. Nihil aliud est quàm vt incipiamus esse noua quædam ac spiritualis creatura Dei. Quòd si iuxta aliorū traductionem legas, vt essemus primitiæ quædam suarū creaturarum, sensus etiam hic esse poterit. Vt simus primi ac præcipui inter mortaleis atq; etiam cæteris omnibus rebus visibilibus præstantiores. V. G.o.

Scitis fratres mei dilect. Sit autem omnis homo.) Moderni græcorum codices ad hūc habent modū. ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος. &c. Itaq; fratres mei dilecti, sit omnis homo velox ad audiendum. Verum addubito num in his germana resideat scriptura, tum quòd non videam quorsum spectet illatiua particula ὥστε, quum nihil præcedat de auditu, aut aliud quippiam, ob quod inferatur, sit ergo omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum: tum etiam, quòd facillimus sit lapsus ex ἴστε scitis, in ὥστε itaq;. Certe Aug. & Beda nobiscum legunt scitis. n.

Propter quod abijcientes om. im. & abun. malit. in man. suscipite insitum uerbū. Quia admonui, inquit, paratos vos esse debere ad audiendum, ideo expurgantes vos omni carnis pariter & animæ fœditate, omniq; animum deprauante malitia, cum mansuetudine excipite quod vestris inseritur cordibus verbum salutis. B.

Si quis autem putat se religiosum.) Quod ad con

sequentiam attinet sermonis, dixerat supra haudquaquàm sufficere si legem obaudias, sed necesse etiam esse vt legem operibus exprimas: nunc euidentius declarat qui sint veri legis obseruatores operatoresq́ue, religiosi eos nomine appellans.

Ex capite II.

FRatres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Videtur sermoni subesse quædam hypallage, atque hoc pacto debere resolui, Fratres mei ne in fide

H. vel cum fide Christi Iesu Domini gloriæ habeatis respectum personarum: hoc est, ne quenquam metiamini aut æstimetis ex opibus, nobilitate, aut alijs rebus mundanis, sed ex bonis duntaxat spiritualibus & diuinis.

Si introierit in conuentum uestrum uir aureum anulum habens, in ueste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara, & cæt. pauperi autem dicatis. Tu sta illic, aut sede sub scabello.) Non hæc dicit quòd pauperes vbique & in omnibus æquari debeant potentibus & diuitibus: & quòd par vtrisque debeatur semper locus, honor & ordo: sed vult ne quem contemnamus ex eo quòd pauper aut abiectæ iuxta mundum sortis est: & ne quem ideo indignum æstimemus eminenti aliquo loco, honore aut ordine, quia iuxta mundum opulentus aut potens non est. Hoc subindicare mihi videtur Augustinus qui in epistola quadam ad beatum Hieronymum scribit ad hũc modum. Putandum non est leue

ae esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiæ contempto paupere instructiore atque sanctiore? Si autem cotidianis concessibus loquitur, quis non* hic peccat, si tamen peccat, nisi cum apud semetipsum intus ita iudicat, vt ei tanto melior quanto ditior illo esse videatur? Hoc enim videtur significasse quum dicit: Nonne iudicatis apud vosmetipsos & facti estis indices cogitationum iniquarum?

In ope.Hi. to.4.epis. Quod ad te.& in ep. Au.ep.29.

Illud non Beda non legit.

Nonne iudicatis apud uosmetipsos & facti estis iudices cogitationum iniquarum.) An non hoc ipso, inquit, declaratis in vobis residere pestem illam respectum personarum, quo iuxta corruptarum vestrarum cogitationum, vel διαλογισμῶν ratiocinationum iudicium, nulla virtutis habita ratione: hūc quidem, ob affluētiam temporalium honorandū: illum verò, contrà ob inopiam ducitis abijciendum ac despiciēdum? Quod autem primum dicit, nonne iudicatis apud vosmetipsos hoc quasi explicare videtur dum adiungit, facti estis iu. cogitationum iniquarum. Cæterum illud καὶ οὐ per nonne extulit Inter. sensum potius quàm voculas sequutus: & quippe ad vehementiā & affectū facit, vt, & non, perinde polleat ac si dicas an non: quod sane probabilius iudicauerim, quam quod Oec. cum recentionibus quibusdam habet, legens hæc citra quæstionem, dicensq; & hic redundare. Nam & August. nonne legit.

E.

n.

A.ep.28.

Si tamen legem perficitis regalem secundum scri-
Ibidem. *pturam:* Diliges *proximũ tuum sicut teipsum, bene fa-*
citis.) Augustinus pro μὲν legit quidem, quod mollius sonat quàm tamen: quanquàm & hoc etiam scribit hæc verba repetens. Idem quoque indicat Apostolum de vna eademq́ loqui lege, tam hic quàm in sequentibus vbi ait redargui à lege, &cæ. & sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Nam legem libertatis dicit esse legem charitatis, idq́ ex eo quod hic adijcitur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit ergo Apostolus: Rectè facitis si legẽ obseruatis Christi, summi omnium regis: ea enim non pauperes contemni, sed omneis iubet diligi vt vosipsos.

Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.) Quia videlicet illum offendit, qui simul omnia seruari mandauit. Vnde & subditur. Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit & non occides. Quod si non mœchaberis, occideris autem, factus es translator legis. Quo sermone Apostolus quasi explicasse intelligẽdus est quod pręmiserat, teste Gregorio. Sunt & aliæ diuersæ super hoc verbo opiniones: verum hæc mihi ratio simplicior atque commodior iudicatur. Ne tamen nescias quid hic Augustinus sentiat, qui hunc locum copiose tractauit in epistola quadam ad bea. Hieronymũ, is (vt paucis dicam) tradit in vno offendentem propterea esse reum omnium, quòd in vnum peccet dilectionis pręceptũ, in quo recapitulantur omnia: & in quo vniuersa lex pendet & prophetæ.

G. li. mor. 19. c. 16.
In epi. 29.
Rom. 13.
Mat. 22. d.

Inci-

Incipentes iudicari.) μέλλοντες κρίνεσθαι, hoc est (vt duas voces vnica comprehendam) iudicandi. B.

Superexaltat autem misericordia iudicium. Misericordia, inquit, quam homo exhibet homini, euehit atq; illustre reddit Dei iudicium. Vel κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως .i. gloriatur supra iudiciũ, & quodammodo vincit atq; exuperat iudicium: ita vt misericordia nostra Deum iudicem faciat esse misericordem, iuxta illud, Beati misericordes, quoniam ipsi mise. conse. Interpres epis. Anacleti vertit, supercellit autem misericordia iudicio. Alias super exultat. A. epis. 29. Mat. 5. a.

Quid proderit fratres mei?) Extulit modo misecordiam supra iudicium hic vsq; adeo necessaria esse misericordiæ opera demonstrat, vt dicat ne fidem quidem absq; operibus quicquam prodesse.

Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Si iuxta Iacobum (ait quidam) fides sine operibus mortua est, quomodo sequens est, iuxta quod Pau. ait, vt fides sine opere iustificet impium? Sed hæc diligenter considerata non erunt sibi contraria. Illos quippe iuxta Pau. fides sine opere saluat, quos fides Christi primum ab infidelitate dissociat, vtiq; sine bonis pręcedentibus meritis. Si quis in Christum crediderit remissis iniquitatibus cunctis potest per solam fidem saluari. Deinde si iam credens, & veraciter Christi sacramenta percipiens, bona operari refugiat, huius fides iuxta Iaco. mortua est. Ergo quod Pau. dicit sine opere saluari posse credentem, de illis vtiq; dixit, quos fides primum crediturus acceperit: quibus vtiq; non imputatur peccatum anteactum, quod baptismatis vnda deletur. Nam quod Iaco. fi- Ex li. anticimenõ. 3. Rom. 3. d.

dē mortuā fine opere dicit, de illis loquit̄, q post acceptam fidē saluari se posse fine operibus iustitię credūt. Initiū nācp iustificati à Deo fides est, q̄ credit in iustificantē: & hęc fides quū iustificata fuerit tanq̄ radix hymbre suscepto hæret in aīo solo, vt quū lege Dei excoli cæperit, surgāt ex ea rami, qui fructus bonorum operum ferunt.

Sed dicet quis: Tu fidem habes, et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidē meā. Non mihi verisimile fit ἀλλὰ particulā hic propriè usurpatam pro sed: sed potius, pro itacp, aut pro quinimo positam esse. Tale siquidem est quod dicit, quantū mihi sanè intelligi datur: Fides si non habeat opera, per se demortua est. Erit itaque aliquis, qui irrisoriè eiuscemodi fi-
G. o. dem habenti dicturus est. Tu fidem habes quandam, (nimirum historicā illam,) & eam tibi solam absque benefactis sufficere arbitraris ad salutem: at ego cum fide etiam opera habeo. Quod si eā quam habes dicis esse fidem absolutam & viuam, quo nā pacto eam tibi adesse testari ac declarare poteris absq benefactis? Proinde ostende mihi, inquit, si potes fidem hanc tuam sine operibus: Sane id facere haud poteris. At ego quam habeo fidem facile factis ipsis declarauero, quum fidem habeam viuam ac minimè ociosam. Atque hoc pacto perinde erit siue legas priori loco sine operibus, iuxta codices latinos: siue ex operibus, iuxta græcos quanquam germaniorē scripturā arbitror esse χωρὶς τῶν ἔργων, quam ἐκ τῶν ἔργων. Cęterum quod sequitur.

Tu credis quod unus est Deus. Vsq ad illud, vis autem

tem scire, ab eadē quā apostolus personā loquentē fingit dictum accipitur. Recentioribus tamen aliud placet, nempe vt ab eo loco, Ostende mihi fi.t. &c. ipsius Iacobi respondentis verba esse intelligantur, atq; ita illud sed non impropriè positum erit. Iuxta hos ergo proponit apo. duos, quorū alter sola fide fretus negligit opera: alter, solis operibus fidens negligit fidem. Sed apost. vtrunq; reprehendēs. Imò neutri, inquit, quod habet sufficit ad salutem. Doce enim tu qui fidem iactas tuam, factis ipsis tibi fidē esse, & ego factis ipsis declarabo mihi neutrū deesse. Verum prior illa sentētia vt vulgatior est, ita minus coacta videtur. E.Is. n.

Credidit Abraham Deo, & repu. est illi ad iust.) Ne quem moueat, quod eodem vtatur testimonio be. Iacobus ad commendationem operū, quo vsus est in epist ad Rom. be. Pau. aduersus opera & ad cōmendatiōem fidei, meminerit is, illic per opera Mosaicę legis obseruationem hic verò, officia charitatis cęteraq; pię conuersationis opera necessariò fidem ipsam comitantia intelligi debere. Vel vt iuxta Aug. dicam, ibi intelliguntur opera fidem prȩcedentia, hic sequentia. Vide locum illum, Arbitramur hominem iustificari. Rom. 3. Rom. 4. a. A. li. 83. q̄st. quæst. 76.

Ex capite III.

N*Olite plures magistri fieri fratres.)* Monet his verbis ne plures quàm opus est prædicādi euangelij munus capessant: quòd res sit magni periculi docere & loqui.

Minentur. ἐλαυνόμενα, id est, agantur siue vehantur.

Ecce

Ecce quantus ignis quàm magnam syluam incē.) Ignis, inquit, exiguus sit licet, ingentem tamen incendere potest ὕλην, id est, syluam vel materiem.

Vniuersitas iniquitatis.) Κόσμος, id est mundus hic pro rerum cumulo & summa positum est: quod Inter. vniuersitas dixit.

Quæ maculat totum corpus.) Videtur sentire de cōtaminatione venerea. Linguæ enim spurcities nō solum partes corporis velandas, verum etiam oculos, manus, cor, atq; adeo totum hominem contaminat & inflammat.

B. *Inflammat rotam natiuitatis no.*) Rotam natiuitatis nostræ, incessabilem dicit temporalis vitæ procursum, quo à die natiuitatis vsq; ad mortem velut semper currente rota curriculi incessanter agimur. Hanc ergo rotam lingua inflammat, quum praua loquendo statum conuersationis nostræ contaminat, subuertit, aut deprauat.

Et cæterorum.) Cæterorum græcè est ἐναλίων id est, marinorum: cui vicinum est quod quidam in nōnullis testatur extare codicibus, cętorum: vt hinc suspicetur scriptoris oscitantia accidisse vt vulgò cæterorum legamus. Sed rursus alius quidam secus sentiens, aut ἄλλων inquit habebat exemplar vnde vetus Interp. traduxit, aut certè ἐνάλλων, quod ab his q ad bestias, volucres ac serpentes, marinas etiam beluas adiungi debere existimauerunt, ne quid à natura humana indomitum superesset, in ἐναλίων transmutatum apparet. Idem quoq; testatur se nusquam cętorum legisse, quemadmodum nec nos id vsquā reperire potuimus multis etiam biblijs consultis.

Sed

Sed nec Beda quicquam huius rei meminit, quum aliâs huiuscemodi nō dissimulet. Huc accedit, quod qui cętorum legendum putat, nullum citet exemplar, vt aliâs consueuit.

Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam.) Emanat positum est pro manādo siue scaturiendo emittit: & producit mediam. Græca tamen sunt eiusmodi, vt τὸ βρύει iuxta proprietatem suam absolutè accipi possit. Sic enim habent. Μή τι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Quæ ita licebit vertere. Nunquid fons est ex cuius eodem foramine emanat dulce & amarum? Et subauditur τὸ ὕδωρ: nisi forte malis dulce & amarum pro dulcedine & amaritudine accipere.

Ficus uuas.) Pro vuas gręcè est ἐλαίας oleas, id est oliuæ fructus. Beda oliuas legit, non vuas.

Sic neq; salsa, dulcem potest facere aquam.) Salsa sub. aqua. Gręca vt modo quidem legimus, commodiora sunt, habentq; ad hunc modum: οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. Sic nullus fons salsam & dulcem facere aquam, sub. potest.

Disciplinatus. Id est disciplina vel scientia imbutus, siue peritus: est enim ἐπιστήμων.

Animalis. Animalem sapientiam vocat humanā & mundanam, idq; non ab animali, sed ab anima: quemadmodum & græca vox ψυχικὴ ab anima cō posita est. Hac de re copiosius Beda, & Hesichius in cap. Leu. 1.

Ex capite IIII.

ADulteri *nescitis.*) Adulteros appellat non à thori transgressione: sed hoc veluti communi infamiæ vocabulo impios illos ac præuaricatores redarguit, vtpotè qui ab amicitia semel cum Christo inita ac fœderata, quasi adulterantes ad amorem atque amicitiam mundanam relapsi essent.

Inimica est Deo.) Ad sensum non perinde magni refert, siue legas inimica est, siue inimicitia est Dei, siue inimica est Dei. Illud sciat lector ἐχθρα si accentum habeat in prima significabit amicitiam, si in vltima amicam.

An putatis quod inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in uobis?) Hæc particula ad inuidiā concupiscit spiritus, per contratiuè legenda est, non ex sese, sed ex eo quod præcessit, an putatis. Ita enim illi coniungi debet: An putatis quòd inaniter scriptura dixerit, ad inuidiam concupiscere spiritum qui habitat in vobis? Probat autem his verbis quod modo præmiserat amicum huius mundi inimicum Dei constitui: nam sensus hic est. Spiritus ille malus q vestros occupauit animos, ad inuidiam atq; iniuriam Dei creatoris, ea quę mūdi sunt concupiscit. Ab alijs aliæ assignantur interpretationes: verum quia coactiores mihi videntur, nolui illis grauare lectorem. Si cui hæc non sufficiat ad Bedę commentarios illum remitto. De testimonio autem adducto, nil certi habēt scriptores vnde nam sumptum sit.

Maiorem autem dat gratiam.) Referendum est hoc meo ſanè iudicio, non ad proximè præcedens, ſed ad ea quæ paulò ſuperius dicta ſunt, Petitis & non accipitis, eo quod malè pe. vt in conc. veſt. inſumatis. Item occiditis & zelatis, & non poteſtis adipiſci, &c. Tanquam ſi dicat: Inflati eſtis aduerſus vos mutuò, & oratis pro veſtris malis deſiderijs temporalia vobis bona præſtari: ſed in perniciem veſtram hæc petitis, proinde nec accipitis. Potiora autem atque vtiliora ſunt quæ impertire vult Deus, modo ipſi nos eadem efflagitemus. Vnde & ſubdit: Deus ſuperbis reſ. humilibus &c. Cæterum frequentior eſt in apoſtolicis epiſtolis huiuſmodi regreſſio, quàm vt quenquam mouere debeat.

Miſeri eſtote.) Affligimini, vos ipſos defatigate, ταλαιπωρήσατε.

Qui detrahit fratri aut qui iud. fra. ſuum, detra. legi, & iudicat legem. Qui fratri, inquit, detrahit, aut qui fratrem iudicat, legi contradicit, eamque ſpernit ac damnat, quę ediuerſò vetat ne inuicem detrahamus, ſpernamus aut diiudicemus.

Ecce nunc qui dicitis: Hodie *aut craſtino ibimus in illam ciuitatem &c.*) Vt intelligas quo tenore hæc hæreant cum ſuperioribus ipſius Bedæ hunc enarrantis locum verba ſubſcribam. Quia, inquit, nonnunquam per immutationem dexteræ excelſi ij qui iudicabant proximum, eius quem iudicabant poteſtati ſubduntur, nonnunquam ipſo ſuperſtite rapiuntur è mũdo, arguit ſubſequenter & eorũ temeritatẽ, qui certitudinẽ vitæ ſuæ nullã habentes, de multorũ tẽporũ lucro animũ in futurum diffendunt. Hæc ille.

Quod

Quod autem nos legimus, ecce nunc qui dicitis, Græcis aliquantò cõmodius est, ἄγε νῦν οἱ λέγοντες σήμερον καὶ αὔριον πορευ. &c. id est, Agite nũc, dicentes, hodie &c.

Pro eo ut dicatis: si Dominus uolucrit. Tanta est, inquit, vitæ humanæ incertitudo, vt dicere vos semper oporteat, si domino ita fuerit visum, faciemus, &c. Atque hoc sensu illud pro eo vt dicatis refertur ad id quod proximè præcessit, quę est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens & de.exter. Licebit tamen idem & ad id referre quod longè superius positum est, nempe, ecce nunc qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, vt illa quæ sequuntur, qui ignoratis quid erit in crast. &c. per parenthesin quodammodo interiecta intelligantur, hoc pacto: Ecce nunc qui dicitis, hodie aut cras ibimus in illã ciuitatẽ: & faciemus ibi.an. & mer. & luc. fa. (qui ignoratis quæ sit crastinę diei fortuna, quæ est enim vita &c.) pro eo quod dicere debetis: siue quum ita potius dicendum sit vobis, si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus, &c.

Ex capite V.

AGite.) Aduerbij est particula hortatoria.

Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt uest. uc. à tineis com. sunt. Prophetico seu hebraico more prçteritis abutitur pro futuris.

Et ærugo eorũ in testimonium uobis erit, & manducauit carnes uestras sicut ignis. Aerugo auri & argenti contemptim dictum est pro pecunijs atque di-
B. uitijs, siue earum memoria: quę impijs ipsarum pos-

sessoribus

sessoribus in testimonium erunt æternæ damnationis: sicuti diuiti illi purpurato in testimonium impietatis & augumentum suppliciorum dictum est, Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. Vel simpliciter sic intellige. Aerugo seu rubigo conseruati auri testimonio vobis erit, declarabitque immodicam & impiam vestram auaritiam, qui malueritis æs vestrum consumi ærugine, & vos ipsos ac fratres vestros fame atque penuria contabescere, quàm leui diuitiarum iactura (si tamen iactura dici debet) vobis ipsis ac uestris prospicere: ideoque ipsa eadem rubigo non modo æs ipsum consumptura est, verũ etiam corpora vestra, quibus per vestram auaritiam ne sufficiens quidem pabulum præbuistis, nõ secus atque ignis quidam consumere consueuit, exuret. Luc.16.f.

Thesaurizastis uobis iram, in nouiss.) Si græca legas, necesse est hæc per ironiam dicta accipias: aut certe (si mauis) subaudias vobis iram, quod illa non exprimunt.

In luxurijs enutristis corda uc.) Videtur potius dicendum fuisse, enutristis corpora vestra: sed ideo corda dicit, in luxurijs & delicijs potissimum adfectibus indulgetur, & prauis cordis desiderijs. Græci sermonis tenorem alij sic efferunt: Deliciati estis in terra, lasciuistis, & enutrijstis corda vestra.

In die occisionis addixistis & occidistis iustum.) Vel de Christo intelligitur hic locus, qui haudquaq̃ reluctans in die occisionis, quando agnus mactabatur paschalis, morti ab impijs addictus, & occisus est: vel de quouis iusto, qui in die occisionis, hoc est, solennitatis quando mactantur pecora, vel data occi-

dendi opportunitate, à prauis hominibus condemnatur, & perimitur: idq; vel dum à potentioribus iniustè opprimitur: vel, dũ ab infidelibus iniusta morte punitur: vel dum fame aliaúe calamitate interitu finitur.

Donec accipiat temporaneum & serotinum.) Latina lectio, & ipse sermonis tenor magis exigit, vt intelligamus fructum temporaneum & serotinum, id est, tempestiuum siue pcocem & serum: pręcessit enim, agricola expectat preciosum fructum: quum tamen græca habeant μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ ἕως λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον, longanimiter expectans pro ipso, vel propter ipsum, donec hymbrẽ accipiat pręproperum & serum.

n.

Nolite ingemiscere fratres in alterutrum.) Dum vestros persequutores aut alios homines impios, fœlici conspicitis vti fortuna: vos vero con. afflictari mundi huius calamitatibus aduersitatibusq;: ne Dei tandem cogamini experiri iudicium.

Sufferentiam Iob audistis: & finem Domini uidistis: quoniam mis. Do.) Recentiores offensi sermonis hyperbasi, vnicũ hic exemplum nobis propositum intelligunt: particulam illam, & finem domini, interpretantes duplicatam illam omnium amissorum restitutionem, quæ ipsi Iob facta est beneficio Domini. Sed hæc quàm sit expositio extorta, res ipsa manifestat. Proindè, nos cum Beda finem dñi, intelligamus acerbam Christi passionẽ, & eiusdẽ in resurrectiõe glorificationẽ: & clausulã illã, qm̃ misericors do. referamus nõ ad proximè pcedens, sed ad illud, ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.

n.

Fratres

Fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlũ, neq; per ter. neq; al. q. iur.) Quomodo hic locus accipiendus sit, & an, & quatenus fas sit Christiano iurare, quoniam be. Aug. inter cæteros doctores antiquos, studiosius & copiosius edisseruit, operæprecium iudicaui, hic ipsius verba carptim & compendio adferre. Difficilis, inquit, quęstio est. Hoc peccatum quē non reum teneat, si iurare peccatum est. Nam periurium peccatũ esse, & grande peccatũ nemo dubitat. Sed nō ait apostolus, ante oĩa nolite periurare, sed nolite iurare. Præcessit etiã ipsius in euan. similis admonitio, Audistis, inqt, qa dict. est an. nō periurabis: ego aũt dico vo. nolite iurare, neq; per cœlum, &c. Huic dñicę admonitioni apostoli lectio omninò sic congruit, vt nihil aliud iussisse videatur: quia nullus alius hoc dixit, quàm ille q per apost. dixit, ante omnia, &c. ex quo multum fecit intentos, auxitq́; difficultatem quæstionis. Inuenimus enim iurasse sanctos, iurasse primitus ipsum Dñm, in quo nō est omnino peccatum. Iurauit Do. & non pœni. e. tu es sa. in ęt. Aeternitatē sacerdotij Filio cum iuratione ꝓmisit. Habes etiam, Per memetipsum iuro di. do. Et illud iuratio est, Viuo ego di. do. Quomodo homo per Deũ, sic Deus per seipsum. Non est ergo peccatũ, iurare. Et post pauca idē Aug. subdit. Quia ergo graue peccatum est peierare, compendium tibi dedit scriptura, noli iurare. Quid tibi dicturus sum homo, verum iura? Ecce verum iura, non peccas: si verum iuras non peccas. Sed homo inter tentationes positus, carne inuolutus, calcans terram sub terra, dũ corpus quod corrũpitur ag. ani. & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē: inter ista

A. se. de ve. apo. 26.

Matt. 5.

Psal. 109.

Sap. 9.

multa cogitata incerta, volatica, coniecturas humanas, fallacias, quando non subrepit tibi quod falsum est, posito in regione falsitatis? Vis ergo longè esse à periurio? Iurare noli. Rursus paucis interiectis: Si peccatum, inquit, esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, Non periurabis, reddes autem do. iusiurandum tuum. Non enim peccatum præciperetur nobis. Vt noueritis verum iurare non esse peccatum, inuenimus & Paulum iurasse. Quotidie morior per vestrā

1.Cor.15. gloriam fratres. Per vestrā glo. iuratio est. Ambiguitatem græcus sermo dissoluit. Et alio loco: Testem

1.Cor.1. Deum inuoco super animam meam, quia parcens

Gal.1. vobis nondum veni Corinthum. Et alio loco. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior. Ecce iurauit apostolus. Non vos fallant qui nescio quomodo volentes ipsas iurationes discernere, dicunt non esse iurationē quando dicit homo: Scit Deus: testis est Deus: inuoco Deum super animam meam verum me dicere: Inuocauit inquit Deum, testem fecit Deum, nunquid iurauit? Qui hæc dicūt, nihil aliud volunt, nisi inuocato Deo teste mentiri. Itane, si dicas per Deum, iuras: si dicas, testis est deus, non iuras? Quid est enim per deū, nisi testis est deus? Aut quid est, testis est deus, nisi per deum? Quid est autem iurare, nisi ius reddere deo, quando iuras per deum? ius saluti tuæ reddere, qn̄ per salutē tuā iuras? Quod autem ius debemus saluti nostræ, deo nostro, nisi charitatis, veritatis, & non falsitatis? Vide cætera.

Infirmatur quis in uobis? Inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eū, ungentes eū oleo, in no. Do.) Hæc est vnctio illa sacrosancta, quam orthodoxi ecclesiæ scriptores adseuerant veritatis columnā & firmamen

mamentū ecclesiam ex loco illo euangelij, vbi Marcus scribit apostolos negocio destinatos euāgelico vnxisse oleo multos ęgros, vt ex ipsius Christi institutione ꝓ vero accepisse sacramēto. Nam sicuti hoc cum cæteris sacramentis institutione non caret diuina, ita & visibile habet sacræ rei signum, & inuisibilis gratiæ promissum pariter & effectum. Qua de re qui plura desiderabit, videat Enchiri. institutionis Christ. Conc. col. nam nos compēdio studemus, & penè non nisi circa elementa versamur. Mar.6.

Et si in peccatis sit remittentur ei.) Tā ab ijs quos offendit, cum quibus per agnitionem offensæ suæ debet redire in gratiam, iuxta illud. Si offers munus t. ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus ha. ali. aduer. te, relinque ibi mu. t. ante alt. & vade prius reconciliare fratri t. quàm à sacerdotibus, quos modo induci iusserat: quibus confitenda sunt peccata omnia siue in Deū siue in fratrem cōmissa, si vel lætalia sint, vel talia de qbus ambigit an sint lętalia. Mat.5.d.

Remittentur. Dictum est pro remittantur, iuxta idioma hebraicum.

Confitemini ergo alterutrum peccata ue. & or. pro inuicem.) Illud ergo declarat istud inferri ex illo quod promittitur, Si in peccatis sit remittentur ei. Docet ergo hic non remitti peccata nisi agnita & confessa, quæ agnosci debent quum apud eum qui offensus est, quoad manifesta videlicet: nisi fortè qs ex humilitate etiam occulta eidem pandere velit: tū coram sacerdote quoad omnia grauia. Hic tamen apo. loqui videt de cōfessione ista q̄ recōciliamur alter alteri, tanq̄ respiciēs ad ꝑceptionē illā dominicā:

Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ inter te, & ipsum solũ: si te audierit, (agnoscẽdo reatum & pœnitẽdo) lucratus eris fratrẽ tuũ, &c. Huc enĩ pertinẽt q̃ apo. infra subiũgit. Si qs ex vobis errauerit à veritate: & cõuerterit qs eũ, scire debet qm̃ qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ saluabit animã eius à morte. Porro, de confessione auriculari, quæ pars est sacramenti pœnitentię: illud potissimũ intelligitur quod est Mat. 8. Vade ostende te sacerdoti: & Luc. 17. Ite ostendite vos sacerdotibus. Hac de re vide Enchiridion Conci. Col. & Bedã in illud 1. Ioh. 5. Qui scit fratrem suum peccare.

IN EPISTOLAM BEATI PETRI PRIOREM SCHOLIA.

Ex capite I.

ADuenis dispersionis.) Hebraismus est, pro aduenis, seu peregrinis dispersis.

Secũdum præscientiam Dei Patris in sanctificationem spiritus, in obedientiã.) Referẽda sunt hęc ad illud electis, vt accipiamus electos illos fuisse nõ iuxta ipsorũ merita, sed iuxta p̃scientiã & p̃destinationem diuinã: idq̃ in sanctificationẽ nõ carnalẽ, seu legalẽ, sed spiritualẽ: vel ἐν ἁγιασμῷ, id est, per sanctificationẽ Spiritus diuini: i. in vel ad obedientiam &c. Vnde Pau. Quos, inquit pręde-

Rom. 8. stinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Hesich. hæc refert ad apostolos.

In hæreditatem incorruptibilem.) Dixerat, regenerauit nos in spẽ viuam, hoc est, vitæ: nũc veluti explicat

cat spem illam di. hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam &c.

Conseruatam in cœlis in uobis.) Εἰς ὑμᾶς positũ est, pro ὑμῖν, id est, vobis seruatam: idq; in cœlo, vbi incorruptibilis illius hæreditatis eritis possessores. B.

Multo præciosior sit auro, quod per ignem probatur: inueniatur in laudem.) Græcè paulo secus est: πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον. Sensus est. Vt probatio veræ fidei multo preciosior auro (quod perit, per ignẽ aũt probat.) inueniat. laudabilis, gloriosa & honorifica. Vnde etiã nũc vulgò hic locus ita pronunciat. Multo p̃ciosior auro (quod per ignẽ probatur) inueniat. in laudem. Cõstat tamen ꝓbè antiq̃ scriptura cũ sit, si & copula subaudiat.: & inueniat.

In quod uel quale tempus significaret in eis Spiritus Ch.) In lectione græca ordo verborum sic sese habet. Scrutantes in quod, id est, de quo, vel de quali tẽpore significaret is, qui in ipsis erat spiritus Christi: id enim vult τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα. In lectiõe latina etiam hic esse ordo potest. Scrutãtes in quod, id est, quodnam tempus, & quale tempus illud gratiæ eis declararet spiritus Christi. Hic animaduertas oportet huic esse apostolo peculiare voculam εἰς in vsurpare superuacaneè: vt cũ dicit, cõseruatam in cœlis in vobis, id est, vobis: in quod, pro quod: & infra iuxta græcos, in quæ, pro quæ desiderant angeli aspicere.

In quẽ desiderãt angeli prospi.) In quem, nempè Christum glorificatum, seu etiam Spiritum sanctũ. Græcè autem est, εἰς ἅ, vt referat ea quæ nunciata B.

 sunt

sunt vobis: & εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι idem sit quod, quæ desiderant angeli aspicere vel trāspicere. Propriè enim παρακύπτειν est quasi in trāscursu videre: quo designatur quòd angeli non persistant in ipso prospectu mysteriorum operantium nostram salutem: sed vltra etiam adspicient vt consummatam omnium gloriam videant.

Succincti lumbos mentis u. Hoc est, animo parato vigili & prompto castoq́.

In reuelatione Iesu Ch.) Dum Christus vobis reuelatur ac demonstratur.

Non configurati prioribus ignorantiæ uestræ desiderijs.) Sperate, inquit, vt obedientes & morigeri filij, non iam configurati, siue συσχηματιζόμενοι id est, qui non accommodatis vos prioribus illis concupiscentijs, qui tum propter ignorantiam vestram tenebamini: vel quibus dum adhuc in vestro prauo habitu atq; ignorantia essetis agitabamini: hoc enim vult ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν.

Incolatus uestri tempore conuersamini.) Vel peregrinatiōis vestræ tempus trāsigite: vtrunq;.n. esse potest, τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε. Ex quo etiam liquet, conuersamini imperātis esse, non indicantis.

Conuersatione paternæ traditionis.) Græce significantius est, ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, id est, cōsuetudine vel conuersatione à patribus tradita.

Præcogniti & manifestati.) Paterni casus sunt, & ad Christum referri debent.

Castificantes in obedientia charitatis. Id est, sanctificantes

cātes siue purificantes per obedientiā, quæ ex chari tate præstatur. Vel, vt græcè est, in obediētia veritatis, id est, obedientia vera, siue veritati obediendo.

In fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligentes attentius.) Nobis ambiguum est, nec liquet ex archetypo, vtrò referatur, simplici. Videt tamē potius iungendū cum corde, etiamsi refragetur structura græca, q̄ sic habet: εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς: in fraterna charitate simplici, (vel nō simulata) ex puro corde inuicē diligite impense.

Ex capite II.

INfantes, rationabile, et sine dolo lac concupiscite.) Per lac intelligit doctrinæ euangelicæ initia, diuinæq; legis præcepta mitiora. Rationabile autem, & sine dolo, ab effectu appellat, quod scilicet iuxta rectæ rationis dictamen viuere nos doceat, doliq; expertes reddat. Vel rationale vocat lac, vt intelligas non humanum, nō animale, non corporeum, sed diuinum, spirituale ac cœleste immortalis animæ alimentum designari: verbum videlicet æternæ sapientiæ ab omni dolo, fraude, & deceptione prorsus alienum. Item γάλα λογικὸν sonare potest, quasi dicas lac verbale: à λόγῳ, quod non tam rationem significat, quàm verbum, sermonem & doctrinam. Explicat hunc locum Aug. ho. ex 50. vigesima.

Superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum.) Super Christum, inquit, lapidem viuum ædificemini & vos viui lapides, ita vt efficiamini templum Dei ac domus spiritualis; nec modo tem

plum, sed & sacerdotium sitis sanctum, hoc est, sacerdotes (vt per metonymiam abstractũ accipias pro concreto) ad offerẽdas Deo hostias spiritualeis. Nemo tamẽ ex hoc Apo. verbo arguere potest omneis Christianos esse sacerdotes, alioqui simili ratiõe omnes pariter essemus & reges, quum scriptum est, Fecisti nos Deo nostro βασιλεῖς reges & sacerdotes.

Vobis igitur credentibus honor.) Sub. est lapis iste summus angularis, hoc ẽ, honorificus est credẽtibus

n.S. in ipsum, τιμὴ enim hic aptius pro honore sumitur q̃ pro pręcio, aut pręcioso, quod quidam conuertit.

In caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali.) Christus nanq; vel inuitis ac reijciẽtibus ipsum Iudæis factus est honorificum & firmum ędificij ac templi spiritualis caput: vtrunq; in se connectens, Iudaici videlicet & gentilis populi parietem. Qui idẽ Iudæis lapis fuit offensorius & petra scandalosa: vtpotè in quem grauiter impegerunt.

Aliasquod *Iis qui offendunt uerbo: nec credunt in*quo et positi sunt.*) οἱ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, i. qui impingũt in verbum seu sermonem euangelij: nec veritati credunt, quũ in hoc cõditi & constituti sint. Pro in quo græcè est εἰς ὃ, ad vel in quod: sed interpres frequenter non facit discrimen inter εἰς & ἐν.

Populus acquisitionis.) Id est, populus adoptatus, delectus, & acquisitus.

Quod detrectant.) Detrahunt, et malè loquuntur de vobis.

In die uisitationis.) Recentiores diem visitationis interpretantur tẽpus quando Dominus diuino suo adfla-

adflatu dignatur hominẽ visitare, & conuertere ad virtutem: ego tamen malim accipere pro tempore afflictionis, iuxta illud Iesa. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis: & alia loca similia: quomodo & infrà accipitur vbi dicitur. Vt vos exaltet in tempore visitationis. Iesa.10.a. Inf.5.

Omni humanæ creaturæ.) Græca scholia & Didymus docent humanã creaturam hic dici ipsos præsides, propterea quòd ab hominibus creentur atq; cõstituantur. Cui adstipulatur & Au. legens omni humanæ ordinationi. Et κτίσις creatura nõ modo rem ipsam creatam, verum etiam creationẽ seu constitutionem declarat. Dicitur autem omni, propter principes fideleis & infideleis. A. in Speculo. B.

Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes maliciæ libertatem.) Subiecti, inquit, estote vt liberi ea libertate qua soluti estis à nexibus peccatorũ, & redempti à seruitute diaboli: non ea libertate qua impunè vos arbitremini posse peccare. Tunc autem libertas velamen nobis est maliciæ, quando maliciã & malefacta nostra libertatis nomine aut prætextu obtegimus aut excusamus. Vos, inquit Paulus, in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Gal.5.b.

Dyscolis.) Dyscolis vox græca est difficilẽ ac morosum significans. Vnde prouerbium, Δύσκολα τὰ καλά, id est, difficilia vel ardua q̃ pulchra. In archetypo est σκολιοῖς, id est, malignis, iniquis, asperis, quod opposuit ei quod præmiserat ἐπιεικέσι, id est, mansuetis, æquis, probis, pro quo vulgaris

conuer-

conuersio habet modestis. Beda dyscolis interpretatur indisciplinatis: indicatq; Fulgentiũ iuxta aliam transl. legere difficilioribus.

Propter Dei conscientiam.) Hoc est, quia Dei habent scientiam, optimeq; diuinę sunt voluntatis cõscij. Vel propter dei conscientiam dicit, quòd ea sola aliena sit ab omni vitio, quum contra nulla hominis conscientia vitio careat: vt propter dei conscientiam dicatur quis sustinere molestias, qui propter iustitiam, nullis suis exigentibus culpis aduersa æquanimiter tolerat. Cui aptè satis respondent quę sequũtur. Patiens iniustè: &c. Quę est enim gratia si peccãtes colaphizati suffertis?

Tradebat autem iudicanti se iniustè. In gręcis quia non iniuste sed iustè scriptum est, absente etiam se particula, necesse est cum Augustino hunc faciamus sensum. Tradebat siue commendabat sub. se vel causam suam, vel vindictam ipsam illi qui iuste iudicat, nimirum Patri suo cælesti. Paulinus cum Inter. consentiens scribit, Tradebat autem se ad mortem iudicanti iniuste.

A tra. in I. 12.

In ep. q̃dã.

Episcopum animarum.) Episcopus interpretatur, obseruator, speculator & custos.

Ex capite III.

C*Onsiderantes.* Masculini generis est, vt ne putes cum mulieres iungendum ἐποπτεύσαντες.

Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est homo cordis in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cõspectu Dei

locu-

locuples.) Quod ad græcam attinet lectionem, quò propius agnoscas quę quibus verbis tribuēda sunt: & quis sit Apostolicorum verborum sensus, ipsa gręca adscribo, ὧν ἔσω οὐχ ὁ ἔξοθεν ἐκ πλοκῆς τριχῶν καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος, ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος ἐν τῷ ἀφθάρτῳ, τοῦ πρᾳέος, καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πολυτελές. Quæ ad verbum reddita, ita resonant. Quarum sit non foris explicatura capillorum, & circumpositione auri, aut vestitione palliorum ornatus: sed occultus cordis homo, in incorruptibilitate mnasueti & quieti spiritus, qui est in conspectu Dei sumptuosus. Ordo autem & sensus verborum hic est. Quarū, nempè vxorum, cultus sit non ille externus qui appareat explicatura capillorum: aut ex circumpositione aureorum ornamentorum: aut ex amictu palliorum siue vestium: quin potius ornetur homo ille cordis occultus, quæ est hominis anima, idq; per incorruptibilitatem māsueti & quieti spiritus: hoc est ornetur per spiritum mansuetudinis & modestię & quietudinis, quæ incorruptibilia sunt ornamenta: qui videlicet spiritus sic exornās hominis animam, licet mortalibus fortasse æstimetur vilis & abiectus, Deo tamē splendidus censetur atq; magnificus. Potest etiam relatiuum illud neutri generis ὅ referre partem orationis proxime prȩcedentem, quod nimirū habere eiusmodi spiritum magnificus ornatus est in oculis Dei. Iam quod ad nostram attinet lectionem, ordo & sensus hic est. Quarum vxorū seu mulierum mundus, ornatus, & decor sit, non capillatu

ra illa extrinsecus patens, nec circundatio auri, sed nec alius quiuis cultus indumenti, hoc est, amictus corruptibilium veterascentiumq; vestimentorum: sed omnis ipsarũ ornatus ac decor sit homo ille cordis interior & inuisibilis, isq; cũ immortalitate coniunctus quieti, taciti, atq; modesti spiritus: qui videlicet homo interior ita ornatus, locuples, ac splendidus est, si non apud iniquos rerum æstimatores homines, certè apud summum omnium inspectorem & remuneratorem Deum.

Cuius estis filiæ.) Cuius apud græcos non nisi Saræ referre potest, ἧς.

Non pertimẽtes ullam perturbationem. Dupliciter potest accipi: vel vt perturbatio significet minas & E. terriculamẽta: vel vt iuxta Atticorum proprietatem μὴ φοβούμενοι μηδεμίαν πτόησιν, dictum sit pro, Mar.4. non territæ vllo pauore. Quod genus & illud est, n. ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. Quanquàm prius illud magis arridet.

Viri similiter cohabitantes secundum scientiã. Cohabitantes sub. sint secundum scientiã, hoc est, sicuti non ignoratis Domini id esse mandatũ dicentis. Mat.19. Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ: & adhærebit vxori suę. Quòd si placet hanc particulam secundum scientiam referre ad sequẽtia, sensus erit, honorem deferendum atq; obsequendũ vxoribus: sed secũdum scientiã, hoc est, cũ iudicio, vt nõ per omnia obsequunde͂t ipsarũ affectibus, queadmodum fecit Adã. Et vide etiã ne fortè vtrunq; intenderit Apost.

H.li. cõtra Ioui.1. *Impertientes honorem.* Be. Hie. & post hunc Beda, honorem interpretantur abstinentiam ab actu illo

illo connubiali: & aptè cohęret quod subditur, vt nō impediantur orationes vestræ. Alij honorē accipiūt pro omni subsidio quo subleuādę sunt vxores: quo modo & Paulus eandem vocē vsurpat, quum aliâs tum in ep. ad Ti. 1. ca. 5. Qui bene pręsunt presbyteri duplici honore digni habeantur. Alij item cōmuni significantia, per honorem, reuerentiam intelligūt.

Vt non impediantur orationes ue. Quę impedirē tur si non esset inter vos mutua consuetudo & consensus, iuxta vnam intelligentiam. Alteram supra in dicauimus ex Hiero.

In fide autem, omnes unanimes.) Si gręca desideras τὸ δὲ τέλος ad verbū sonat, ordo autem, vel finis autem, quod interpretantur, in summa aūt omnes sitis vnanimes. Mihi porro positū videtur pro, quod superest autem: vel postremo: in pręcedentibus enim singulatim diuersa instruxerat hominum genera, puta plebeios, seruos, vxores, maritos, nunc postremo fertur ad instituēdos pariter omneis, idq́ admonitione pertinente ad singulos. Huic sententiæ aptè consonat quod in fidelioribus lego exem. in fine autem: id quod deprauatum puto non modo in cōtextu Apostolico, verum etiam apud Au. & Bedam. A. in. Spec.

Fraternitatis amatores.) Id est, mutuo vos inuicē amore diligentes.

Modesti.) Huius verbi significantia late patet apud interpretem: vt qui sparsim hac vna eademq́ voce græcas transtulerit diuersas, etiam in hac eadem epistola. Nā pro eo quod capite secundo vertit non tantum bonis & modestis græcè est ἐπιεικέσιν. Rursus capite tertio pro modesti spiritus ē πραέος.

Hoc

Hoc item loco pro modesti aliud est verbum nimirum φιλόφρονες, quod proprie signat comẽ & amicabilem.

Vultus autem domini.) Vultus hoc loci in malam partem pro ira seu furore positum est.

Si boni æmulatores.) Boni paterni casus est neutri generis pro bonitatis. Aemulatores, hoc est, sectatores & studiosi.

Timorem eorum ne timueritis. Hoc est, minas & persequutiones illorum: vt timorem passiuè accin. pias, pro illo timore quo ipsi timebãtur: iuxta illud, Ioh. 20.c. Propter metum Iudæorum.

Christum sanctificate in cordibus uestris.) Christũ sanctificare est ipsum vt rẽ sacrosanctã separare, dedicare & excolere: id quod ex Hebræorum consuetudine ita dictum est. Vnde oramus, Sanctificetur nomen tuum. De hac voce plura tradit Vuesthemerus titulo Segregare, quem videre poteris in editione catholica.

In quo & ijs qui in carcere erant spiritibus, ueniẽs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabat Dei patientia. Hanc lectionem iuxta græcos sequuntur codices recentiores, quum in nonnullis vetustioribus cernatur hæc. in quo & ijs qui in carne erant, spiritu veniẽs prædicauit, qui increduli fuerunt aliquando quando expectabant Dei patientiam. Vnus tamen ex vtraq; lectione sensus colligiAu.epi. 99 tur: nempè hic. In quo sub spiritu Christus aduenies prędicauit etiam spiritibus ijs qui in carnis huius carcere erant constituti: hoc est, mortalibus, sicut carne quasi

quasi carcere quodam conclusis, ita & tenebris obscuratum habentibus sensum. Iis inquam, qui ad similitudinem eorum qui tempore Noe, quum videlicet appararetur arca, quo tempore & expectabat & expectabatur Dei longanimitas (vtrunque enim esse potest ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία) vel eandem ipsi expectabant, increduli contumaces & inobedientes fuerunt. Hoc etiam sensu poterit illud in quo referri ad illud, vt nos offerret deo. Subest autem & alius sensus: nimirum vt spiritus qui carcere erant intelligantur animæ quæ apud inferos degebant, quibus Christus mortuus quidem tum carne, viuens autem spiritu ea prædicauit veraque esse ostendit quæ ante audierant viui. Prædicauit autem non tam pijs, quàm impijs: è quorum numero et illi fuere qui tempore Noe increduli perstiterunt: nam id indicari per & copulam mihi videre videor. Augustinus tamen epistola 99. multis de causis priorem sensum docet esse commodiorem. Scholia græca ἐν ᾧ interpretantur ideo. Oe. n.

Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma.) Idem est quod dilucidius ita vertisse poterat. Cui nunc simile baptisma, nos quoque saluos facit. Quomodo autem forma illa gestorum diluuij tempore, cum his respondeat quæ nunc geruntur tempore ecclesiæ, pulchre docet beatus Augustinus, cuius hic verba subscribo. Considera, inquit, ne forte totum illud, quod de conclusis in carcere spiritibus, qui in diebus Noe non crediderant, Petrus Apostolus dicit omnino ad inferos non pertineat, sed ad illa potius tempora quorum formam A.epi.99.

ſad hęc tēpora tranſtulit. Illa quippe res geſta forma uerat futurorum, vt hi qui modo non credūt euangelio, dum in omnibus gentibus ædificatur eccleſia, illis intelligantur eſſe ſimiles, qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca. Illa autem qui crediderunt & per baptiſmum ſalui fiunt illis comparētur qui in eadem arca ſalui facti ſunt per aquam. Vnde ait: Sic & vos ſimili forma baptiſma ſaluos facit. De hinc interiectis nonnullis ſubiungit. Illis autem, in diebus Noe, fruſtra prædicatum eſt, quia nō crediderunt quum expectaret eos Dei patientia per tempus centum annorum, quibus arca eadem fabricata eſt. Nam eius etiam fabricatio quodammodo prædicatio fuit: ſicut modo ſimiles eorum non credunt, qui ſub eadem forma ignorantiæ tenebris, velut carcere concluduntur, fruſtra intuentes eccleſiam toto mundo conſtitui imminente iudicio tan-
Luc.14. quàm diluuio, quo tūc omnes increduli perierūt. Ait quippe Dominus. Sicut in diebus Noe ita erit & in diebus filij hominis. Manducabant, bibebant, nubebāt, vxores ducebāt, donec intraret Noë in arcā. Venit diluuiū, & perdidit omnes. Sed quia res geſta etiā futuram rem ſignificabat: ideo ibi diluuiū & baptiſmum ſignificauit fidelibus, & infidelibus pœnam.

Conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Nec enim ſat eſt baptizandus intus bona præditus ſit conſcientia, niſi etiam eccleſię interroganti fidē atq; conſcientiam ſuam palam manifeſtet. Quum autem dicit per reſurrectionem Ieſu Chr. oſtendit cuius virtute & quo modo nos ſaluos reddat baptiſmus & conſcientię interrogatio

gatio in Deum. Porro scholia græca interrogationem hoc est ἐπερώτημα interpretantur arrabonem pignus & demonstrationē, & εἰς θεὸν, secūdum deū.

Profectus.) A proficiscor, non à proficio. Est em̄ eadem vox quę supra veniens versa est, πορευθείς.

Ex capite IIII.

CHristo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne desijt à peccatis.) Quod dicit huiusmodi est. Quū Christus nobis ad salutē pariter & exēplum carne passus ac demortuus sit, oportet & vos hac ipsa sitis cogitatione atque noticia armari, quod quisquis Christo commortuus est in ijs quæ carnis sunt, cum eodem etiam à peccato alienus sit. Phili. in Iob, pro cogitatione sensu legit.

Sufficit enim præteritum tempus, ad uoluntatem gentium consummandam.) Hoc est (vt: bea. extulit Augustinus) sufficit pręteritum tempus voluntates gentium consummasse. A. ho. 20.

Luxuriæ confusionem. Ἀσωτίας ἀνάχυσιν, id est, lasciuię, intemperantiæ, vel luxus molitiem, confusiōem vel refusionem. Interpres idē hic per ἀνάχυσιν intellexit quod alibi (vt He. 12. & Apo. 3.) per αἰσχύνην id est, ignominiam, dedecus, & pudorem, quod ipse ex græcorum imitatione confusionem dicit. Pro luxuriæ non idem hic verbum est, quod suprà vbi dicitur in luxurijs, desiderijs, &c. Ibi enim ἀσέλγεια est, vox generalior, plenior & atrocior, quàm vel ἀσωτία græcis, vel lasciuia latinis. Designat enim multa, vtpote petulantiam, impudicitiam, scortatio- Bu.

 nem,

nem, improbitatem, procacitatē, proteruiam, lasciuiā, & similia. Vnde etiam rectè ibi tanquàm generale primo ponitur loco. Vide Bud.

Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne: uiuant autem secundum Deum *in spiritu.* Mortuos appellat idololatras, mortua simulachra colentes, cūq; ijs omneis infideleis & peccatores, incredulitate & peccatis suis in anima mortuos, iuxta illud, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: quibus verbum vitę euangelizatum est, vt ex hoc hominibus quidē iudicentur in carne, sub. mortui, vtpotè varijs tribulationibus ac mortibus expositi: Deo autem viuāt in spiritu, id est, anima. Vel, vt iudicentur, id est, damnētur quidem secundum ho. &cæ. Ita enim aliquoties hoc verbum vsurpatur. Possunt quoq; hic mortui simpliciter intelligi, iuxta alterū illum sensum supra indicatum, vbi dicitur. In quo & ijs qui in carcere erant: nam eum exprimunt scholia græcanica. Augustini expositionem quòd tenebricosior videatur hic prætereo.

A.epi.99.
Mat.8.c.
A.vbi su.

Charitas operit multitudinem peccatorum.) De peccatis potius alienis hoc intelligendū puto quàm de nostris proprijs: nam id postulare videtur idem locus in prouerbijs ita descriptus, Odium suscitat rixas: et vniuersa delicta operit charitas. Operit autē charitas delicta proximorū, dum ea ignoscit, dum calat & abscondit, dum per amicam admonitionem impedit, iuxta illud: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animā eius à morte, & operit mult. pecc. dum æquanimiter tolerat, dum

Pro.10.b.
Iac.5.d.

dumdimitti à Deo exorat,& cætera.

Si quis loquitur,quasi sermones Dei.) Si quis ad
proximorum salutem instructionemq́; loquitur, is
loquatur nō vt suos, sed vt verè sunt sermones Dei.

*Nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem
uobis fit.*) Peregrinari hoc loco est ceu de re noua E.
atque insolita obstupescere, vt peregrinis inuisa &
inaudita spectantibus vsu venire solet. Vnde etiam
peregrina vocamus, extrari,aabsurda & barbara.
Feruorem dicit examinationem tribulationemq́;
persequutionum. Dicit ergo. Nolite quasi re no- B.
ua in admirationem aut stuporem abduci, dum in
feruore estis constituti tribulationum, quæ vobis
obueniunt ad vestri probationem,quum nihil vo-
bis hoc ipso contingat noui, quod iam non præ-
cesserit in passionibus Christi pro vobis. Poterit
quoque illud peregrinari idem esse quod contrista-
ri.Siquidem quum dixisset nolite peregrinari,qua-
si oppositum huic intulisse apparet,dicens:Sed com
municantes Christi passionibus gaudete, vt & in re
uelatione gloriæ gaudeatis exultantes. In episto-
la Anacleti papæ horum verborum loco ita scri-
ptum est. Nolite mirari charissimi, qui persequu-
tiones patimini, quasi noui, &cæt. Et interpres
ipse vetus idem verbum paulo superius vertit,admi ξενίζειν.
rantur.

Super uos requiescet.) Post hæc in græcis codi-
cibus adduntur quæ in vulgata traductione non
reperiuntur. Κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ
δὲ ὑμᾶς δοξάζεται, quorum sentētia huiusmodi est.
Per illos quidem blasphematur,per vos autem glo

 rifi-

rificatur, vt ex præcedentibus subaudiatur, quod est honoris dei, vel dei spiritus. Græca tamen ad literam enumerata ita sonant. Quoniam qui gloriæ & dei spiritus super vos requiescit, secundum (vel per) vos quidem blasphematur, &c.

V.

Quasi homicida.) Pro, vt homicida, quod magis propriè hic dicitur. Quasi enim homicida pati dicitur, qui homicida non est: vt homicida patitur qui homicida est. Verum hoc discrimen ex græcorũ imitatione veteres ecclesiastici non obseruant.

Aut maleficus, aut alienorũ appetitor. ἢ κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος, id est, aut perniciosus, aut vt alienorũ explorator, inspector, vel curiosus: siue vt Augustinus habet, curas alienas agens. Vulgò tamen consonante Augustino, Gregorio, & Beda legimus maledicus, quasi scriptum fuerit κακόλογος.

n.

In exp. ep. ad Ro.

Quoniam tempus est ut incipiat iudicium à domo Dei. Nunc, inquit, tempus est, vt quoddam veluti iudicium præmium & vltio fieri incipiat, in electis & domesticis Dei, qui tam innumeris adficiuntur malis, vt post adflictiones seculi præsentis, ad gaudia admitti mereantur fœlicitatis æternæ. Beda adnotat geminum inueniri in scriptura iudicium dei, alterum occultum, quod est adflictionis temporalis, alterum manifestum, quod est retributionis æternæ.

Ex capite V.

SEniores ergo qui in uobis sunt obsecro consenior.) Seniores non ætate, sed dignitate, hoc est

πρεσ-

πρεσβυτέρους seu sacerdotes hic intelligẽdos docet id quod sequitur, pascite siue regite qui in vobis est gregem dei. Sic conseniorem se dicit, hoc est, conpresbyterum, interprete Hiero. To.2.epi. ad Euagr.

Gloriæ communicator.) Pasiuè accipi debet, pro gloriæ particeps.

Prouidentes.) Prospicientes, superintendentes. Vbi supra. Vnde Hieronymus totum hunc adducens locum scribit in hæc verba: Presbyteros in vobis precor cõpresbyter & testis pasionum Christi, & futuræ gloriæ quę reuelanda est particeps, regere gregem Christi, & inspicere non ex necesitate, sed voluntarie iuxta Deum. Quod quidem græce significantius dicitur ἐπισκοποῦντες, id est, superintendentes: vnde & nomen episcopi tractum est. Hæc ille.

Omnes enim in inuicem humilitatem insinuate. Insinuare propriè est coniungere, & quasi in sinum immittere, idq; latenter & cautè & quasi reluctanti. Humilitas hoc loco ea est virtus quam animi modestiã vocant, hoc est, ταπεινοφροσύνη. Porro illud enim in gręcis nõ additum, & ad sensum nil efficit: licebit tamen pro autem accipere, vt aliás. Quod ad græca attinet ea vt hodie extant, sic habent. Iuniores subditi estote senioribus, omnes inuicẽ subiecti. Humilitatẽ ἐγκομβώσασθε.i. vobis circundate, amplictamini, explanatore Oec. vel vobis fixam habete Eras. Ca.

In tempore uisitationis. Hoc est, in die iudicij vel retributionis. Visitationis additum est, explicandi gratia, quum gręce tantum sit ἐν καιρῷ quod perinde sonat ac si dicas suo tẽpore, quum fuerit opportunũ. B. E.

Ecclesia quæ est in Babylone coëlecta.) Id est, simul vobi- Alias cõelecta.

vobiscum electa. Per Babylonem ex autoritate Hie. H.li.de scr. ec.in Mar. Romã designatã intelligunt, tum quòd hæc epistola Romæ scripta adseratur, tempore scilicet Claudij Cæsaris: tum quòd nominis interpretatio huic B. ciuitati, tanta populorum acierum varietate confusæ, aptè conueniat. Siquidem Babel confusionem & commistionem designat.

IN EPISTOLAM BEATI PETRI POSTERIOREM SCHOLIA.

Ex capite I.

GRatia uobis et pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chr. Ie. domini nostri, quomodo oĩa nobis diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitã & pietatem donata sunt.) Quò facilius agnoscas constructionis ipsius, & Apostolicæ sententiæ ordinem, operæ pretium fuerit ob oculos habere verba Apostoli primaria, quę sic habent: χάρις ἡμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν, δεδωρημένης διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς. Ordo itaq; & sensus huiusmodi est: Gratia & pax Dei vobis multiplicetur in B. ii. cognitione, hoc est, vt cognoscatis Deum, & Iesum Dominum, quemadmodum nobis, subaudi, multiplicantur omnia diuinæ potestatis ipsius bona ad

vitam & pietatem seu religionem: quę nimirum potestas donata est nobis per cognitionē illius qui vocauit nos &c. Beda iuxta latinam lectionem talem facit sensum. Gratia & pax adimpleatur in eo, vt Dominum nostrum Iesum Christū perfectè cognoscatis. Et hoc quoq; per eum cognoscatis, quomodo oĩa nobis diuinæ virtutis suę donata sunt per eius gratiam, quæ ad vitam obtinendam & pietatē conseruandam sufficiunt.

Propria gloria & uirtute.) Est quidē hic ἀρετὴ, sed pro potestate positum, non proprie pro virtute quæ vitio opponitur. Et vtraq; vox nimirum virtus & ἀρετὴ in scriptura anceps est ad vtrunq; : sicuti & altera illa vox δύναμις proprie potentiam declarās. Locis ac testimonijs ad hoc adducendis breuitatis ergò supersedeo: Vnicum tamen hic ad manum habes exemplum loco proxime sequenti. L. n.

In fide uestra uirtutem.) Et hic quoq; est ἀρετὴ, vocabulum, vt modò diximus, anceps: quod hic sicuti loco pręcedenti, rectius pro specie, nempe pro fortitudine, quàm pro genere acceperis. Nam si virtutem eam accipias quæ vitio opposita est, procul dubio genus significabit, & absurdius inter species puta fidē, scientiā, abstinentiā & patientiā posita iudicabit. Certe Oecu. & Beda pro specie accipiūt, dū per virtutem intelligūt fidei effectum, bona opera, sine quibus fides ipsa languet & plane infirma, imo mortua est, teste Iacobo. L. n. Iac.2.d.

In scientia abstinentiam.) ἐγκράτειαν, id est, temperantiam, abstinentiam, ab illicitis continentiam, & in licitis moderationem. Oe.

In patientia pietatem.) Pietas duplex est: altera in Deum, altera in hominem. Locus ipse magis postulat, vt hic posteriorem cum Beda intelligamus. Nec refragatur εὐσέβεια vocabulũ quod similiter anceps est. De hac voce & aliis similibus videto Aug. lib. de ciui. dei 10. c. 1.

B. *In amore fraternitatis charitatem.)* Charitatem siue dilectiõem quæ græcis vnica voce ἀγάπη dicitur, eam hic sentit qua in Deum ferimur, vt quod Deũ diligimus, ob Dei id amorem faciamus.

Manu tentans.) i. manu palpitãs, viã'q; explorans.

Incipiam.) οὐκ ἀμελήσω, id est, non omittam.

Dabo autem operam & frequenter habere uos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.) Græca sic habent. σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην

E. ποιεῖσθαι, quorum sententia hæc est. Quinetiã semper siue frequenter operam dabo, quo possitis ho-

L. rum memoriam facere post obitum meum. ἔχειν enim adhæ:ens infinitiuo sæpe pro possum ponitur: (id quod latini etiamnum imitantur) vt apud Lucianũ in Icaromenippo. οὐ γὰρ εἶχον εὑρεῖν. Et infra, ὥστε με ἐκείνους πᾶσαν γε ἔχειν ἂν εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν. Et apud Cice. li. 1. epist. fa. De Alexandrina re causa'q; regia tantum habeo polliceri &c. Potest etiam dici quod hic sit idem sermonis character, ni-

Luc. 16. mirum copulæ & anticipatio, qualis est apud Luc. in eo quod dicitur, qui erant auari, & deridebant eũ:

Vide epanorthotẽ. atq; ita hic erit ordo verborum. Dabo autem operã semper, vt post obitum meum habeatis ac faciatis

tis horũ memoriã.i.vt eorum quæ ſcripſimus & tradidimus vobis etiã poſt exceſſum noſtrũ memores ſitis. Sunt prẽterea q ita per hyperbaton legunt. Dabo operã etiam poſt obitum meum ſemper, vt vos horũ mentionẽ facere poſſitis: quo adfirmant, (vt indicat & Oec.) etiã poſt mortẽ ſanctos viuentium eſſe memores, proq́ ipſis apud Dominum intercedere.

Speculatores facti illius magnitudinis.) Gloriã & maieſtatẽ ſentit Ch. transfigurati: de q̃ habes Mar. 7.

Habemus firmiorem propheticum ſermonem.) Cõparatiuũ firmiorem poſitiui loco poſuit. Aut firmiorẽ prophetarum ſermonẽ dixit nõ ſimpliciter, ſed iam firmiorem certioremq́ factum atteſtante ſermoni illorum voce Patris. Vide ſi placet Auguſt. ſerm. de verb. apoſt. 27.

In caliginoſo loco.) Humani cordis, vel præſentis ſeculi, tenebris circũfuſi ignorãtię, pctõrũ, vel errorũ.

Donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus ve.) Hoc eſt, donec ſplẽdor vobis veritatis & lux illa mundi Chriſtus innoteſcat, de quo ſcriptum eſt, Viſitauit nos oriens ex alto, illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Vel vt Heſichij verbis dicã, vſq́ dũ in vobis euangelica ſcientia clareat. Luc. 2. He. in Leu. c. 10.

Ex capite II.

EOrum luxurias.) Ad ſenſum accõmodatius eſt quod græcis ſcribitur ἀπωλείαις perditiones. Verum ſcholiaſtes græcus cum Inter. noſtro legiſſe videtur ἀσελγείαις, dum admonet de Nicolaitis hic fieri mentionem, qui & doctrina impij, & vita erant obſcœni.

In

In auaritia fictis uerbis de uobis negociabuntur.) Hoc inquit, agent, vt noua doctrina & compositis ad decipiendum sermonibus lucra à vobis captent, vobisq; abutantur ad suum quæstum atq; commodum.

G. in E.

Si enim Deus angelis peccãtibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari &c.) Longam cõtexit orationem, sed nusquam vt apparet eandem absoluit. Itaq; necesse est quippiam subaudire, vt intelligatur hoc pacto. Si deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus.i.funibus inferni detractos in tar. tra. &c. & si originali mundo nõ pepercit, certè nec magistris parcet mendacibus, qui sectas introducent perditionis. Aut certè ab illo toto pendet oratio, quod post multa subiungitur, nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero, &c. atq; ita totum illud aspectu.n. & auditu, vsq; ad cruciabant, parenthesi includi conueniet. Hyginus papa post illud impiè acturi sunt ponens, hanc clausulam adiungit. Quid putatis iniquis & impijs perseuerantibus in nequitia eorum erit? Et nescio an hanc adiecerit & Petrus. Cæterum, tradidit cruciandos in iud. reser. perinde est ac si dicat: tradidit vt cruciandi siue cruciati in iudicium reseruarentur. Quod si græca requiras, ea aliquantò secus habent: quæ ita resonant. Si enim angelis qui peccarant non pepercit, sed vinculis caliginis ταρταρώσας, in tartarum cõiectos, (vel tartaro coercitos, seu etiam confusioni immersos) tradidit in iudicium seruatos, siue (vt alij habent libri) seruandos τηρουμένους. Pro quibus Euche. & Greg. habent,

B.

In epi. 2.

Hyg.

E. in Ge. 6.
G. li. mo. 8.

habent, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit iniudicio puniendos reseruari.

Sed octauum Noe iustitiæ præconem.) Octauum referendum est ad Noe, non ad præconem: vt intelligas Noe inter octo à diluuio seruatos vnũ fuisse. Neq; enim octauus intelligi potest in linea humanę generationis, quum in Gen. & Luca Noe scribatur decimus. Ita expedit hunc locum Beda: Ego tamen octauum malim intelligere inter sectatores iustitię: vt Adam excludatur ob trangressionem, & Lamech ob duplex homicidiũ, de quo scribitur Ge.4. atq; ita rectè cohęrebit Noe pręco iustitiæ octauus. Pręco autem fuit iustitiæ, quia rectè viuendo ipsam mortalibus commendauit. Gen.4. Luc.5. Gen.5. G.int.

Aspectu.n.& auditu iustus erat.) Vt potè in quo & de quo nil nisi pium castum & iustum & cerneretur & audiretur. Aliĳ sic accipiunt quasi dixisset, adspiciens & audiens, vel oculis & auribus iustus erat. Quum enim cotidiè videret audiretq; impudicorum impiorumq; flagitia, haudquaquam ad nefarios ipsorum actus imitandos pertractus est: sed in medio iniustorum iustus ipse permansit. Hanc enarrationem meo iudicio coactiorem non eram adscripturus, nisi me quorundam ita explicantium mouisset autoritas. Et quanquam apost. Loth commendet titulo iustitiæ generali, sentit tamen pręcipue de ipsius pudicitia, vt patet tam ex pręcedentibus, quã ex Gen.c.19. De distinctione supra dictum est. B. B. E. G. li. mor. 1.

Sectas non metuunt introducere blasphemantes.) Græcè est, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες, quod variè potest reddi: Primo sic, Opiniones non verentur

verentur blaſphemare, id eſt, blaſphemando intro-
ducere vt illud participij βλασφημοῦντες infiniti loco
E. poſitum accipias. Deinde ſic: Maieſtates nõ metuũt
blaſphemantes, vel blaſphemare, vt modo diximus,
id eſt gloria ac maieſtate precellentes non metuunt
conuicijs inceſſere. Item hoc pacto: Glorias non tre-
munt blaſphemantes. Interpres epiſt. Hygini pa. no-
biſcũ cõſentiens vertit, ſectas nõ metuũt facere blaſ.
Hęc & ſequẽtia, aut certè ſimilia habet etiã ap. Iudas.

Vbi angeli fortitudine & uirtute cum ſint maiores non portant aduerſum ſe execrabile iudicium.) Quod
ait vbi (inquit Be.) ſignificat, in eo quòd domina-
tionem contemnunt, (hæc enim pręmittunt) quòd
audaces, quod ſibi placentes ſunt, quod hęreſeis, id
eſt, ſectas faciunt, & blaſphemãt. Hęc namq; faciẽdo
angeli dæmonia fieri, ac pœnas ſuæ ſuperbiæ ſolue-
re meruerunt. Hactenus ille. Illud nõ portant, poſitũ
videt, ꝓ portare nõ ꝑualent, aut ſummo cũ diſcrimi-
ne ſuſtinent: quẽadmodum importabile dicimus, qđ
E. niſi ſummo cũ diſcrimine portat. Alius quidã g ęco
rũ verborum hunc facit ſenſum. Quũ angeli robore
ac viribus longè pſtantiores, licet aliás impij, eo non
ſint audaciæ ꝓgreſsi, vt ſuſtinuerint Deo maledice-
re: & q in cæteris neglexerunt Dei voluntatẽ, in hoc
ὅπου. tñ veriti ſunt illũ offendere, deferentes autoritati di-
uinæ. Græca enĩ ad verbum reddita ita ſonant, Vbi
vel qñquidem angeli fortitudine & virtute maio-
res exiſtentes, non ferunt aduerſus ſe apud dñm exe-
βλάσφημον crabile vel maledicũ iudicium. Quanq̃ mihi ſanè po-
ſterior hic ſenſus haud magnoperè arridet. Occu.
hunc locum ſic interpretatur, vt cum epiſtola Iudę cõ-
gruat ita ſcribẽtis. Cũ Michael archãgelus cũ diabo-
lo diſpu-

lo disputãs altercaret de Moysi corpore, nõ est ausus iudiciũ inferre blasphemiæ. Itaq; φέρουσι interp̃tatur p̃ferũt, & αὐτῶν splẽdores siue glorias, hoc ẽ, δόξας. Cui consentit & Didymi interpres scribens (iuxta exẽplar manuscriptũ) non proferunt aduersus eos.

Naturaliter in captionem.) Pro naturaliter duæ sunt voces φυσικὰ γεγενημένα. i. suapte natura nata, εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν ad captiuitatẽ & exitiũ, seu cor ruptionẽ, (vt infra reddit) hoc est vt ipsi capiant ac pereãt, scilicet vt captio & pernicies passiuè accipian tur. Glossa ord. subaudit tendunt: itaq; continuat: sic isti in his quæ ignorant.

In his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt.) In his, inq̃t, seu personis, q̃s cuiusmo- di sunt ignorãt blasphemãtes, supple viã veritatis de q̃ supra dixerat, per q̃s via veritatis blasphemabit̃, in impudicæ vitæ suæ corruptione peribunt, q nõ mõ impudici, sed & coinquinatiões & maculæ infra scri bunt. Vel ἐν οἷς ἀγνοοῦσι in ip̃is ignotis, hoc est, in igno rantia maledicentes peribunt, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν, in ipsa sua contagione, exitio vel stupro. Oe.

Voluptatẽ existimãtes, diei delicias, coinquinatiões & maculæ.) Beda diei copulãs cũ voluptatẽ dicit eã diei esse q bona & luciflua sit, quũ altera vtpote ma la noctis sit: & delicias construit cum coinquinatio- nis & maculæ, q̃ ipsi paterni casus sunt. Verũ neutrã hãc syntaxin admittit sermo græcus. Proinde nos cõ struamus delicias diei, intelligẽtes delicias diurnas co tidianas vel tẽporaleis: & coinquinatiões & maculę nominatiuè legamus, vt sic appellari per hyperbolẽ hoies ipsos intelli. ob immodicã ipsorũ immũdiciẽ.

Sequuti

Sequuti uiam Balaam ex Bosor, sup. geniti, qui Ba-
V. *laam mercedem iniq. ama.*) Vide Num. ca. 22. τοῦ Βοσόρ id est, filij Bosor.

Suæ uesaniæ.) Vesania furiam crudelitatem'q; declarat: pro quo græcè est τῆς παρανομίας, id est, trangressio
E. nis iniquitatis: cuius loco Interpres legisse videtur παροινίας, id est, debacchationis & temulentiæ.

Sup.ab enim uanitatis.) Id est, alta, fastuosa & vana.
Li.co.Io.I. Vnde Hiero. de hoc loco loquens, Describit, inquit sermo apostolicus Iouinianum loquentem buccis
Aliâs pelli cent. tumentibus & inflata verba trutinantem.

Pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ. Pro luxuriosæ, eos qui paululum effugiunt à peccatis: vel (vt ipse aposto. quasi interpretando subdit) coinquinationes huius mundi. Vide sequentia.

Qui in errore conuersantur, liber. illis promittentes, quum ipsi ser. sint corrup. Qui nimium pellicentes in errore versantur, dum alijs promittunt libertatem, quum ipsi serui sint turpitudinis atq; impudicitiæ. Si græca requiras, ea sic sonant, vt præcedentia quoq; repetam. Inescant in concupiscentijs carnis lasciuijs vel incontinentia ipsos vere aufugientes, nimium in errore conuersantes, dum libertatem ipsis promittunt, &c.

Ex capite III.

VT memores sitis eorum quæ prædixi uerborū sanctorum prophetarum & Apostolorū uest. præceptorum do. Præceptorum, quod venit à præceptum per appositionem coniungi debet cum verborum. Vt memores, inquit, sitis à me vobis dictorum,

rum, quæ fuere verba prophetarum & apostolorũ, & eadem præcepta Domini: vel quæ fuere verba ꝓphetarum & pręcepta eorum qui apostoli sunt dñi.

Ex *quo.n.prẽs dormierũt, omnia sic pse.ab initio creaturæ.*) Verba sunt illusorũ, (sic eñ supra nominã tur) aut certè apostoli illorum partes agẽtis, quibus arguebat aduentũ Christi non esse venturũ, ꝙ nulla cernerent signa mutabilitatis. Siquidẽ ex quo antiq patres inqt dormierunt, sic omnia in suo perdurant cursu ab exordio creationis.

Latet.n. eos hoc uolentes.) Hoc est, spõte nesciũt, nec scire volunt. Quid aũt sit illud q̃d ipsis latebat consequẽter manifestat, nimirũ totũ hoc, quòd cœli erant prius & terra, quòd ille tunc mundus inundatus perijt, quòd hic mundus igni reseruetur.

Per ille quæ tũc mũdus aqua inun. perijt. Per quæ videlicet cœlum, hoc est, aerem, aquam, & terram, ille tunc mundus, vt subaudias consistens, per aquarũ inundationẽ perijt. Aug. legit per quem (vt subaudias deum) qui tunc erat mundus aqua inũdatus deperijt, id quod facilem habet sensum. L.ci.dei.20 c.18.

Vnum uero hoc non lateat uos. Hic incipit declarare quomodo inanis non sit Dei ꝓmissio, propterea quòd diu differat. Vnus quippe apud Dñm dies veluti anni sunt apud nos mille. Nobis q̃dam longa vidẽtur, q̃dam breuia: at Deo non item. In suis promissis non sequitur Deus cupiditatem nostram, sed suum immutabile consilium, cui nihil est neq; præteritum neq; futurum, sed omnia præsentia. E.

Per quẽ cœli ard.) Quẽ refert aduentũ vel diẽ. xρ̃ eñ fœminei generis ẽ, &c. Vide Aug li.ci dei.20.c.18 Alias secũdum pro.

Nouos uero cœlos, & no. ter. & *promissa ipsius* ex-

expectamus, nos uidelicet in quibus iustitia habitat.)
E. Hanc nõnulli aptiorẽ esse volunt constructionem. Didy. tamen & Beda in quibus subaudiunt cœlis & terra. Iusticia enim, inquit Be. habitat in futuro seculo, quia tunc cuiq; fidelium pro modo sui certaminis reddet corona iustitiæ, q̊d in hac vita fieri nõ potest iuxta illud Salo. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem: & in loco iusticiæ iniquitatem, &c. De innouatione mundi vide Aug. loco supra indicato.

Eccl. 3. c.

IN EPISTOLAM BEATI IOANNIS PRIMAM SCHOLIA.

Ex capite I.

Qvod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ: & uita manifestata est: & uidimus & testa. & ann. uo. ui. æter. quæ erat apud Patrem &c.)
Oe. E. Verborum structuram alioqui non parum horridã recõcinnari & explicari poteris hoc pacto. Id quod audiuimus auribus, quod vidimus oculis, quod cũ illo longo tempore versati perspeximus, deniq; q̊d post resurrectionem contrectauimus manibus de verbo vitæ Christo, quæ vt sensibus esset exposita manifestata fuit. Proinde quod tot modis compertum habemus id etiam testamur & annũciamus vobis, nimirum vitam æternam, quæ erat apud Patrẽ, & in Christo apparuit nobis. Deinde more suo repetit quod dixerat. Quod igitur vidimus & audiuimus annunciamus vobis.

Eccl. 7. c. & 3. Reg. 8 *Si dixerimus quoniam non pec. mendacem facimus eum: qui dixit.)* Non est homo iustus in terra, qui faciat

ciat bonum,& non peccet.

Ex capite II.

NOn mandatum no.scribo uo.sed man.ue. quod hab.ab initio.Man. ue. est quod audistis.Iterũ man.no. scribo uo. quod uerũ est & in ipso & in uo. quia tenebræ trans.& uerum lumen iam lucet.) Mandatũ q̃d ab initio cõuersionis ad fidẽ illis auditũ receptũq; est, Christi est euangeliũ. Verũ & aliud illis tradit q̃d nouũ est. Quod nã illud? Veritatẽ q̃ Christo est per verã euãgelij lucẽ in ipsis esse. Iterũ, inqt, mandatũ & doctrinã nouã scribo vobis, nẽpe q̃d hoc ipsum q̃d verũ in Christo est, siue veritas, q̃ in ipso est, etiã in vobis sit. Causam & veritatẽ ipsam subiũgit: qa tenebrę & obscuritates veteris legis discussę iã sunt, rutilatq; veritatis lumẽ euãgelicæ. Aduertis, ni fallor, mãdatũ ab apo. largè vsurpari ꝓ doctrina: q̃d & verũ est nõ referre mandatũ q̃d græcis fœminei generis est, sed absq; antecedente exꝑsso scilicet, poni. Amphibologia sermonis vitari poterat, si Inter. sensum potius q̃ elementa extulisset, ad hunc modũ. Rursus doctrinã nouã scribo vobis: ea q̃ in ipso est veritas, etiã in vobis est. Porrò cõmunior ꝑsentis loci enarratio (si hãc sequi malis) de mãdato est dilectionis: q̃d idẽ & vetus est, quia olim in lege Mosaica, atq; adeo in lege naturæ descriptum: & nouũ, quia per Christum auctum restauratum & innouatum est, & nouo quodam atq; ineffabili modo adimpletum. S. E.

Quæ non est ex Patre.) Qm̃ græcis abest q̃ relatiuũ, & in ꝑcedentibus est, fit vt hoc ꝑsens est suppositũ habeat, omne q̃d est in mũdo, cõcupiscentia &c. Quare necesse est hoc quæ, singula illa referat. Tria enim dixit, inquit Aug quæ non sunt à Patre.

Vnctionē habetis à sancto.) Rectius cum Aug. per vnctionē Spūm sanct. intellexeris, cuius, inqt, sacramentū est in vnctiōe visibili: & per sanct. ipsum Christū, q ab vnctione Christus, & teste Be. à prophetis passim sanctus appellat: q̄ per vnctionem gratiā, ad flatū aut charitatē q̄ diffundit in cordib. nostris per Sp. sa q datus est nobis: & per sanctū, Sp. sanct. q̄d tñ Didy. facit. Pro me facit & articulus τοῦ ἁγίου indicās ferè eum de quo mentio facta sit: & quod infra dicitur, sicut vnctio eius docet vos de omnibus, &c.

Et nostis omnia.) Accōmodatius est quod habet Hesi. omneis, quomodo exponit & Aug.

Et non neceße habetis ut aliquis do. uos: sed sicut unctio eius do. uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium, & sicut docuit uos manete in eo.) Ex nostra hac distinctione, sensum tibi esse arbitror cōspicuū: nisi forte illud, & verum est, & non est mendaciū adhuc torqueat, q̄ be. Aug. legens, & verax est, & nō est mēdax edisserit, Et vera est, ingens, eadē vnctio i. ipse Spiritus dñi qui docet hoīes, mentiri non potest. In nostra vero lectione post, & verū est, subaudiri potest, q̄d docet vnctio: vel verū est, p̄ veritas est, est accipiendū. Ceterū ne quis ex his verbis colligat, ei qui Christū p̄fessus sit non alio opus esse doctore, quàm eo q̄ in baptismate donatus est Spiritu sancto: sciendum q̄ hæc non vniuersaliter dixerit apostolus, vt synceri etiam doctores non audiendi intelligantur, alioqui nec ipsum apostolū hanc epistolam scribere necesse erat: sed dūtaxat vt praui doctores & seductores vitent. Hoc enim subindicauit quū p̄misit. Hæc scripsi vobis de iis q seducūt vos.

Ex capite III.

QVi ex maligno erat. Articulus ferè indicat diabolũ hìc designari. ἐκ τοῦ πονηροῦ, quasi inquiat, ex illo peruerso, de quo superius memini.

In conspectu eius suadebimus corda nos.) Pendent hæc à superioribus. Diligamus opere & veritate, & in conspectu Dei suadebi.co.n. id est, probabimus conscientias nostras. Quidã exponit, & nostris animabus sic facientes bene consulemus ante conspectum dñi. D. Augu. interpretatur ad hunc modum. Restat, inquit, vt ille diligat fratrem qui ante Deum vbi solus videt cordi suo persuadet & interrogat cor suum, an verè propter fratrum dilectionem hoc faciat, & perhibet illi testimonium oculus qui penetrat cor, quò homo attendere non potest. Beda autem, per veram, inquit, dilectionem cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, & quoniam in conspectu eiusdẽ veritatis suademus corda nostra: hoc est, tales cogitationes corda nostra habere suademus, q̃ diuinis sint dignę conspectibus. Item alius quidam. Suadebimus corda no. id est, confidenter præsentare poterimus coram eo corda nostra. Quod si aliter diligeremus, scilicet falsè, hoc facere non possemus. Hæc in medium proferimus vt sequatur quisq; q̃d maximè probauerit. B. H. N.

Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro & nouit omnia.) Si persuademus, inquit Aug. cordi nostro, coram illo persuadeamus: quia si malè sentiat cor nostrum. i. accuset nos intus, quia non eo animo facimus quo faciendum sit, maior est Deus corde nostro & nouit om̃ia. Cor tuum abscondis ab hoĩe, à Deo absconde si potes. Quõ abscondes ab eo cui dictum est à peccatore

quodam timente & confitente. Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? &c.

Ex capite IIII.

Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo nõ est.) Ex Aug. liquet soluit dictũ esse ꝓ illo quod hodie in græcis μὴ ὁμολογεῖ, nõ cõfitentur, ita tamen vt cõfessionem hãc non in ore modo, sed & in opere, & chariate sitam esse intelligamus: atq; ob id soluit potius dixisse quàm nõ confitetur, vt idẽ subindicat Aug. At Leo pa. quid est, inquit, soluere Iesum, nisi humanã ab eo separare naturam, & sacramentum fidei per quod saluati sumus imprudentissimis euacuare figmentis.

L. epi. 4.

Hic est Antichristus.) τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου. Posset & hic accipi sensus. Hoc, nempe non confiteri Christum, & Iesum soluere, proprium est Antichristi: vel hic sup. spiritus est Antichristi.

De mundo sunt ideo de mun. loqui. Potest & hoc pacto accipi sermo apost. ex mũdo sunt, ideo ex mũdo loquunt, vt sit sensus. Ex illorũ numero sunt, qui mundana sentiunt, & ideo ex mundano affectu mundana loquuntur.

n. *Propitiationem pro peccatis.* Id est, reconciliationem, cuius loco Aug. litatorem legit, id est, sacrificatorem pro peccatis nostris.

Vt fidu. hab. in die iud. quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Vt fiduciam, inquit, habeamus,
n. hoc est, vt absq; terrore, & securi simus in die iudicij. Vnde autem hæc fiducia nascatur subdit, quia sicut ille est charitate abundans erga nos, benignus, misericors, pacificus, ita & nos sumus in hoc mundo.

Ex

Ex capite V.

TRes *ſunt qui teſti. dant in cœlo.*) Ordo verborum hic eſt. Tres ſunt in cœlo qui teſtimoniũ dant, nimirum de Chriſto.

Tres unum ſunt. Si legas vt in nonnullis codicibus eſt τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, ſenſus erit, tres illas res, ſpiritum, aquam, & ſanguinem, in vno eſſe, ad vnum pertinere, de vno atq; eodem pariter teſtificari. Quæ n.
lectio tolerabilis quidem eſt poſteriori loco, at priori non item, meo ſanè iudicio: niſi forte in vnũ ſunt dictum ſit, pro vnum ſunt. Nam Pater, Verbum & S.S. ita vnum ſunt, vt trium vna atq; eadem ſit ſubſtantia. In Chriſto ſaluatore noſtro tria ſunt, ſpiritus, aqua, & ſanguis: & tria hæc vnum ſunt, ſed non æquali prorſus modo, ſicut Pater Verbum & Spiritus S. vnum ſunt. Tria hæc deſcribuntur in euan. vbi dicitur: Inclinato capite tradidit ſpiritum. Et vnus militum lancea latus eius aperuit & continuo exiuit ſanguis & aqua. Qui retruſiora volet, videat Eucherium li. de quæſtionibus no. teſt. Spiritus aqua & ſanguis.

Petat, ea dabitur ei uita peccanti non ad mor.) Græca lectio ſi modo germana eſt, diuerſam à noſtra exigit conſtructionem: ſic enim habet. αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον. Senſus eſt. Petet, ſupple is qui fratrem uiderit delinquentem, & ſic petens dabit fratri ſuo vitam, impetrando illi diuinam clementiam: nec tñ omni fratri, ſed duntaxat peccantibus nõ ad mortẽ. De numeri E.
aũt mutatiõe in eo q̃d dicit, dabit ei ui. peccãtibus nõ ad mor. dici poteſt ſenſum potius q̃ verba ſpectaſſe apoſt. Adhęc illud dabit poterit & ad Deũ pertinere,

vt hō petere dicat, Deus aūt vitam pſtare peccatori.

Non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniqui. pec. eſt. Et eſt pec. non ad mor.) Omnis, inquit, iniquitas, ſiue ἀδικία, id eſt, iniuria atq; iniuſtitia peccatū eſt, vt ſubaudias ad mortem. Modo enim dixerat pro peccato quod eſſet ad mortem nō eſſe rogandum: hoc verbo indicat quodnam ſit peccatum, quod ad mortem ſit, nimirum iniquitatem. Deinde de altero peccati genere ſubdit: Et eſt peccatum οὐ non ad mortem, & ſubaudiendū ex ſuperioribus, pro hoc dico vt roget quis. Poterit tamen & fortaſſe etiam rectius illud, omnis iniq. pec. eſt, in genere dictum accipi, vt ſicut inter duo contraria poſitum eſt, ita ſi-
Is.c. mul vtrunq; comprehendat. Cæterum peccatum ad mortem illud eſſe volunt, vbi quis ita obſtinato aut deſperato animo eſt, vt nullam omnino cogitet
E. pœnitentiā. Mihi tamen probabilius videtur quod ex recentioribus quidam tradit, ita ſcribens. Venialia delicta ſine quibus non viuitur, quotidiana precatione delentur, remitte nobis debita noſtra, quemadmodum interpretatur & Auguſtinus. Cæterum atrocia flagitia non ſanantur eodem modo, ſed olim eijciebantur è contubernio eccleſiæ, tradebanturq; ſatanæ, nec recipiebantur niſi ieiunio, lachrymis, multiſq; remedijs duris deleta culpa.

Generatio Dei conſeruat eum.) Siquidem hoc ipſo q ex Deo ſpiritualiter renatus eſt, ſeruatur. Itaq; idē ſenſus erit, qui eſt in græcis q̄ ita ſonāt: ſed genitus ex Deo ſeruat ſeipſum. Nihil obſtat tn̄ quò minus generationem Dei, cœtum fidelium intelligamus.

In maligno po. eſt. Quia ſuperius per malignū diabolū deſignauit, deinde qa per antitheſin, vt videt,

præ-

premisit, scimus quod ex deo sumus, vt sileã interim articuli naturam τοῦ πονηροῦ, cõsectarium est & hic, maligni vocabulo diabolum designasse.

IN EPISTOLAM
IOANNIS SECVNDAM.
Ex capite I.

SEnior. Autorẽ huius & sequentis epistolę volũt esse Ioannem presbyterum, non euãgelistam. Vide Hie. in catalogo scriptorũ, & Eusebiũ li. hist. 3. ca. 39 Verũ vt nõnulli de autore dubitarint, ipsarum tñ autoritas nulli non debet esse sacrosancta, maximè quum & olim non semel, & paucis etiã ab hinc annis in cõcilio Tridentino ab ecclesia sint receptę.

Hic est seductor. Illud οὗτος pro talis positũ apparet, atque ita minus offẽdet numerus subito mutatus.

Omnis qui recedit. Si legas pcedit aut παραβαίνων, n. id est, transgrediens, eadem manet sententia.

IN EPISTOLAM
IOANNIS TERTIAM.
Ex capite I.

SEnior Gaio.) Beda arbitratur hũc eundẽ fuisse, de quo Apo. Pau. ad Ro. vltimo scribit, salutat vos Gaius hospes meus & ecclesię totius, & 1. Cor. 1. neminem vestrum baptizaui nisi Crispum & Gaium.

Sicut tu in ueritate ambulas. Quo sensus sit dilucidior, subaudienda est vocula ita. Ita testimoniũ reddẽtibus veritati tuæ, sicut in veritate versaris: nisi malimus sicut improprie accipere pro quomodo.

Maiorem horum non habeo gratiam.) Hoc est, inter

omnes gratias hanc pręcipuam esse duco, quod audiã filios meos in veritate ambulantes. Gręce est, maius his non habeo gaudium. Nec tamen malè χάρις gratiam conuertit interpres, nam ita nõnunquàm vsurpari cõsueuit, quemadmodum è diuerso χαρὰν pro gaudio reperitur.

Quos benefacis deducens digne Deo. Quum illos inquit, in itinere deducas cum honore, subministrato etiam viatico, sicuti secundum Deum condecet, (id enim est dignè Deo) procul dubio optimè facis.

Commoneam. Pro commonebo. ὑπομνήσω, id est, in memoriam reducam.

Non uidet Deum. Id est, Deum auersatur, & cum odio quasi vultum ab eo auertit.

IN EPISTOLAM
IVDAE SCHOLIA.

FRater autem Iacobi. Iste est Iacobus minor, primus Hierosolymorum antistes.

Necesse habui scribere uobis, deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.* Hoc, inquit, necesse habui scribere vobis, obsecrans vt certando collaboretis fidei, quæ semel tradita est sanctis fidelibus. Porrò, si græca respicias, poteris & hunc facere sensum. Necesse habui scribere vobis, adhortãs, vt per semel datam vobis fidem sanctis strennuè collaboretis.

* Alias supercertare.

E.

Qui olim præscripti sunt in hoc iudicium.) id est, Longe ante præsciti & admissi sunt, vt in hoc iudiciũ. i. condemnationem semet vltro præcipitarent.

B.

Scientes semel omnia.) Semel præsenti loco sicut & supra impropriè vsurpasse puto pro iamolim. Et

omnia

omnia nō eſt apud græcos, ſed,ſcientes iāolim hoc, quod dominus quū populū ex Aegypto ſaluaſſet.

Secundo.)Id eſt,poſtea.

Ciuitates ſimili modo exſornicatæ,et abeūtes poſt carnem alteram.)Verecundè vitium Sodomiticum deſignat.

Similiter & hi.)Græci codices huius tempeſtatis addūt ἐνυπνιαζόμενοι.i.indormientes,vel ſomniātes. E.

*Maieſtatem autem blaſ.*Maieſtatem & diuinam & humanam intelligere licebit.

Altercaretur de Moyſi corpore.)Locus deſumptus eſt teſte Hieronymo ex apocrypho Hebræorum Enoch. Cuiuſmodi autem fuerit hæc altercatio non ſatis conſtat Gloſſa ordinaria in hunc locū varia recenſet,quæ ſi quis forte requirat, non deeſt bibliothecis ea gloſſa vnde peti poſsint. Hiero. in cōmen ep. ad Titum.

Non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ.)Id eſt, non eſt auſus conuitio illum inceſſere.

*Imperet tibi Deus.*Græcè eſt, ἐπιτιμήσαι σοι χριστός, quod etiam eſſe poteſt increpet te dominus.

*Quæcunq; autem naturaliter tanq̄ muta animalia norunt,in his corrumpūtur.*Significat homines illos impios(de quibus mentionē facit) edere ac bibere & rebus venereis indulgere, aliaq; eos perpetrare, q̄ ſunt communia cum animalibus ratiōe carentibus. Cle.

Væ illis qui in uia Cain abierunt:& errore Balaam mercede effuſi ſunt:et contradictione Core perierūt. Cain nanque quum vidiſſet Abel fratris ſui munera Deo placuiſſe, ſua vero contra diſplicuiſſe, abducens in agrum fratrem ſuum, propter inuidiam interemit : ita nonnulli Apoſtolos aliosq; Gen.4.b.

Nu.22.d. Christi discipulos inuidia ex iustis ipsorũ operibus concepta vsq; ad mortẽ vsq; persequebantur. Balaã quoq; à Balac rege Moabitarum pręmijs ac muneribus conductus & adductus est, vt populo Israhelitico, qui dei benedictione fruebatur malediceret: cui
Nu. 24.& quum Deo prohibẽte maledicere non potuisset, ei
31. dem regi, quo pacto ad scortandum & idololatrandum idem populus alliceretur indicauit: ita nonnulli nefanda quadam libertate effusi benedictum Dei populũ ob lucra & munera & maledictis incessere, & ad idololatriã scortationem'q; pellicere veriti non sunt. Core deniq; & ij qui cum ipso erant iniquè ambientes sacerdotium, Mosi & Aaron restiterunt, atq;
Ibidem. 16 ob hoc à terra deuorati sunt: ita quidam Apostolis alijs'q; Christi præsulibus ac sacerdotibus resistẽtes, & impij sibi sacerdotia vendicantes, à Deo horrẽdo exitio tradi demeruerunt.

Su. *In epulis suis.*) ἀγάπαι appellabantur conuiuia quę ex affectu charitatis vnde nomẽ sortiuntur pauperibus refocillandis exhibebantur: eadem autem interpres hic epulas vocat.

Nubes sine aquis. Id est, leues & vacui fide & operibus bonis: eleuati per arrogantiam, ponentes in cœlum os suum: vacui aqua sapiẽtiæ salutaris qua possent fœcundare auditores.

Arbores autumnales.) Id est, serius frondescentes, quã vt fructus possint reddere maturos, quibus indicantur, homines segnes & ad omne opus bonum pigri. Vel, vt ad hęreticos pertineat de quibus hic potissimũ sermo est: autumnaleis, hoc est, φθινοπωρινά, intelligi possunt autũno (quod est tempus fructuũ) marcescẽtes, vt hoc q̃si expositũ sit per infructuosæ.

Bis

Bis mortuæ. Sentit ipsos prorsus extinctos in anima, sumpta metaphora ab arboribus, quę bis moriũtur, primum quum desinunt ferre fructus: secundò quum excisæ traduntur ignibus. Vel iuxta Clementem, semel quando delinquendo peccant, secundò quando traduntur supplicijs. Bis item mortuę iuxta Didy. primum quidem in infidelitate, à qua per pœnitentiam veluti resurgũt accedentes ad euangeliũ: deinde in repetita malicia. De quibus dicit. Melius erat eis non cognouisse viam veritatis, quàm agnoscentes reuerti post tergum. 2. Pet. 2.

D.

Eradicatæ. De quibus nulla spes reliqua est, quod aliquando reuirescent.

Fluctus feri maris despumantes suas confusiones.) Huiusmodi sunt factiosi hæretici, quippe semper inquieti, tumidi, tenebrosi, & amari, ecclesiæ nauim eiusq́ pacem cursumq́ & stabilitatem impugnãtes. Rectè autẽ spumare sua probra suasq́ ignominias scribuntur: quia (inquit Beda) instar tumentium vndarum quanto altius se superbientes attollunt, tanto amplius confusi in spumas leuissimas dissoluuntur & pereunt. κύματα, inquit, ἄγρια θαλάσσης, id est, vndæ maris immites & feroces. Aptissimum planè epitheton vndis non fluuialibus sed marinis, ob immanem illarum impetum & fragorem. B.

Sidera errantia, quibus procella tenebr. reser. est.) Hęreticos sideribus comparat quòd lucem mẽtiantur sanctimoniæ & pietatis, transfigurantes se in angelos lucis: eisq́ erraticis, quæ septem planetæ, & rectius, quodam teste, à seducẽdo planantes dicuntur, quòd in dogmatis & vita errent, et simul etiam seducant, iuxta illud Apo. Mali autem homines & seductores πλανῶντες.

ctores profi.in peius, errãtes et in errorẽ mittentes: ad hæc quòd in suis plerunq; vagi sint et instabiles: quòd extra firmamentum sint ecclesiæ & fidei catholicæ, suos singuli tenentes errorum cælos: quòd aduerso ferẽtur cursu in stellas firmamenti, hoc est, in homines rectæ fidei vt veræ ecclesiæ: ideoq; ipsis procella siue ζόφος caligo reseruata est tenebrarum infernarum.

Prophetauit autẽ de his septimus ab Adam, Enoch. Septimus quippe est in ordine generationis humanę, vt patet Lu.c.3. Huius autem Enoch vaticiniũ inter Apocrypha censetur: quod Tertulliano ob hoc à Iudæis reiectum videtur, quòd Christo perhiberet testimonium: sicuti & aliæ nonnullæ scripturæ, (vt idẽ testatur) eadem ratione à Iudæis repudiatę sunt.

Ter.li.de habitu mu.

Mirantes personas quæstus causa. Quid est mirantes personas, nisi per adulationem mirari sese fingẽtes de personarum quarundam magnificentia atq; gloria, quas lucri causa laudibus attollunt: Nam personas per antonomasiam præpotentes, & magnificos dicit.

Oe.

Et hos quidem arguite iudicatos, illos uero saluate de igne rapientes, alijs autem mis.in ti.od.& c.quę car est mac.tuni.) Græca moderna nonnihil dissidẽt à nostris. Sic enim habent. Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι, οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα. Et alijs quidem misericordiam exhibeto discernendo, alios vero in timore saluate, ex igne rapiendo, odio etiam habentes à carne sordidatam tunicam. In nonnullis tamen pro ἐλεεῖτε

est

est ἐλέγχετε, id est, arguite. Quod dicit ergo huiusmodi est, vt vtranque attingam lectionem. Quod ad vos attinet opto hortorque vos ipsos seruetis in Dei lectione, &c. Quod ad alios attinet, illos de quibus supra diximus palam redarguite, & ipsorum impietatem omnibus manifestate, declarantes eosdem iam iudicatos iuxta illud, Qui non credit iam iudicatus est: vel arguite διακρινομένους, si disceptent vobisque resistant: vel διακρινόμενοι diiudicantes, id est, habita ratiõe personarum. Si qui autem eiusmodi sunt qui posint reduci ad meliora, taleis saluate, rapiẽtes eos ab incendio vitiorum, & simul ab igne quem cõminatur illis Deus. Quod si qui parati iam sunt resipiscere, aut iam impietatem miseriamque suam in cordis amaritudine agnoscere incipiunt, eiusmodi misericordiam prestate & gratiã. Sed omnia hæc cum timore interim & circumspectione agite, ne quid fortè vsquàm fiat temerè aut parum religiose: impia omnia & carnalia eorum facta vsque adeo detestantes, vt etiam ipsas à corpore fœdatas vesteis odio habeatis: vt intelligas hic esse hyperbolen. Sunt tamen qui carnalem maculatamque tunicã turpeis adfectus: sunt qui corpus nostrum intelligant, quod odio habendum est, quatenus vitijs conspurcatum est.

Iohan. 3. c. Oe. E. Oe. E. Maculatã tunicam. Cl. E. Gl.

SCHOLIORVM SECVNdæ partis finis.